



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio V. De virtutibus theologicis. Et habet 13. articu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

QVOD VERO in contrarium obijcitur concedendum est quantum ad virtutem moralem & intellectualem sed non quantum ad Theologicā. Accidit. n. fidei q̄ sit in medio duarum hæretum, & non est per se in quantum est virtus. Et sic dicendum est de spe, q̄ est inter duo extrema, non s̄m quod comparatur ad suum obiectum, sed secundum dispositionem subiecti ad sperādū superna.

QVÆSTIO III.

De charitate.

In tredecim articulos diuisa.

- ¶ Primo enim queritur, Vtrū charitas sit aliquid creatum in anima, vel sit ipse spiritus sanctus.
- ¶ Secundo, Vtrum charitas sit virtus.
- ¶ Tertio, Vtrum charitas sit forma uirtutum.
- ¶ Quarto, Vtrum charitas sit una uirtus.
- ¶ Quinto, Vtrum charitas sit uirtus specialis.
- ¶ Sexto, Vtrum charitas possit esse cum peccato mortali.
- ¶ Septimo, Vtrum obiectum diligibile ex charitate sit rationalis natura.
- ¶ Octauo, Vtrum diligere inimicos sit de perfectione consilij.
- ¶ Nono, Vtrum ordo aliquis sit in charitate.
- ¶ Decimo, Vtrum sit possibile charitatē esse perfectam in hac vita.
- ¶ Undecimo, Vtrum omnes teneantur ad perfectam charitatem.
- ¶ Duodecimo, Vtrum charitas semel habita possit amitti.
- ¶ Tertiodecimo, Vtrum per vnum actum peccati mortalis charitas amittatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum charitas sit aliquid creatum in anima.

QVÆSTIO est de charitate. Et primo queritur, vtrum charitas sit aliquid creatū in anima, vel sit ipse spiritus sanctus. Et v̄ q̄ charitas non sit aliquid creatū in aīa. Sicut. n. dicit Aug. sicut anima est vita corporis, ita Deus est vita animæ. Sed anima est vita corporis sine medio. ergo & Deus est vita anime sine medio. Cum igitur vita aīa sit ex hoc, q̄ est in charitate, quia qui non diligit, manet in morte, vt d̄r. 1. lo. 2. ergo hō non est in charitate p̄ aliquid qd̄ sit mediū inter Deū & hōiem, sed p̄ ipsum Deū. Charitas ergo nō est aliquid creatum in aīa: sed ipse Deus. Sed dicebat, q̄ similitudo illa attenditur quantum ad hoc q̄ anima est vita corporis hominis, vt motor: non quantum ad hoc quod est vita corporis vt forma.

¶ 2 Sed contra, quanto aliquod agens est virtuosius, tanto minorem dispositionem requirit in patiente. Ignis. n. magnus sufficiens est etiam ligna minus desiccata comburere. Sed Deus est agens infinitæ virtutis. ergo si est vita animæ, sicut mouens ipsam ad diligendum, videtur q̄ non requiratur aliqua dispositio creata, ex parte ipsius aīa.

¶ 3 Præter. Interea quæ sunt idem non cadit medium: sed anima diligēs Deū est idem cū Deo, quia vt d̄r. ad Cor. 6. qui adhæret Deo vnus spiritus est. ergo nō cadit aliqua charitas creata media inter animam diligentem, & Deū dilectum.

¶ 4 Præter. Dilectio qua diligimus proximum charitas est: sed dilectio qua diligimus proximum, ipse Deus est. dicit. n. Aug. in 8. de Trinit. Qui proximum diligit, consequens est, vt ipsam dilectionem diligat. Deus aut̄ dilectio est. Consequens ergo est

vt præcipuè Deū diligat: ergo charitas non est aliquid creatum, sed ipse Deus. Sed dicebatur, q̄ Deus est dilectio, qua diligimus proximum cāliter.

¶ 5 Sed contra, Aug. in eodem dicit, q̄ cum testimoniū verborū Iōānis aperte declarat ipsam supernam dilectionē, qua nos diligimus inuicē, nō solū ex Deo esse, sed et̄ Deū esse. non solum ergo causaliter, sed essentialiter dilectio Deus est.

¶ 6 Præter. Aug. dicit in 3. de Trinit. Non dicturi sumus charitatem non p̄p̄a esse dictam Deū, qd̄ ipsa charitas sit ipsa substantia, qua Dei digna sit nomine: sed q̄ donum sit Dei, sicut dictum est de eo, Tu es patientia mea, quia ab ipso nobis est. Nō autem sic dictum est, Domine tu charitas mea: sed ita dictum est, Deus charitas est, sicut dictum est, Deus spiritus est. videtur ergo quod Deus dicatur charitas, non solum causaliter, sed essentialiter.

¶ 7 Præter. Cognitio effectu Dei, non p̄ hoc ipse Deus cognoscitur: sed per cognitionem dilectionis supernæ, ipse Deus cognoscitur. Dicit. n. Aug. 8. de Trinit. magis quis nouit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Ecce iam potest notiorē Deū habere, q̄ fratrem. Amplectere dilectionem, & dilectione amplectere Deū. Non igitur Deus d̄r dilectio fraterna solū per causam. Sed dicebatur, q̄ fraterna dilectione cognita cognoscitur Deus, sicut in sua similitudine.

¶ 8 Sed contra, homo s̄m ipsam substantiam aīæ factus est ad imaginem, & similitudinem Dei: sed similitudo ista obscuratur per peccatum. Ad hoc igitur q̄ Deus possit in aīa, sicut in sua similitudine cognosci, requiritur solum q̄ peccatum tollatur, & non q̄ aliquid creatum aīæ superaddatur.

¶ 9 Præter. Omne quod est in anima, vel est potentia vel passio, vel habitus, vt d̄r in 3. Ethic. Sed charitas non est potentia aīæ, quia esset naturalis: nec est passio, quia nō est in potentia sensitua in qua sunt omnes passionēs: nec est habitus quia habitus est difficile mobilis, charitas autem de facili amittitur, quia per unum actum peccati mortalis.

¶ 10 Præter. Nullum creatum habet uirtutem infinitam: sed charitas hēt uirtutem infinitam, quia coniungit infinite distantia. scilicet animam Deo, & meretur bonum infinitum. ergo charitas non est aliquid creatum in anima.

¶ 11 Præter. Omnis creatura uanitas est, ut patet Eccl. 1. uanitas autem non coniungit ueritati. Cum ergo charitas coniungat nos primæ ueritati, uidetur quod charitas non sit creatura.

¶ 12 Præter. Omne creatum est natura quedam, cū sit in aliquo decem generū. Si igitur charitas est aliquid creatum in anima, uidetur q̄ sit natura quedam. Cum igitur charitate mereamur, si charitas est aliquid creatum, sequetur q̄ natura sit principium merendi, quod est erroneum secundum scientiam Pelagii.

¶ 13 Præter. Homo secundum esse gratiæ est propinquior Deo, q̄ s̄m esse nature: sed Deus creauit hominem s̄m esse nature, sine medio. ergo nec in esse gratiæ utitur medio, scilicet charitate creata.

¶ 14 Præter. Agens quod agit sine medio, est perfectius q̄ agens quod agit cum medio: sed Deus est perfectissimum agens. ergo agit sine medio, non ergo iustificat animam mediante aliquo creato.

¶ 15 Præter. Creatura rōnalis est nobilior aliis creaturis: sed alia creatura cōsequunt suū finem absq̄; aliquo alio superaddito. Multo magis igitur creatura rōnalis mouet a Deo, ad suū finē absq̄; aliquo

Loco nunc proxime dicto.

Cap. n. paulo a principi. tom. 3.

Ca. 8. in principio. tom. 3.

Cap. 5. to. 5.

Quæst. dist. S. Tho. KK 4 circa.

creato eis superaddito. Sed dicebatur, q̄ creatura rationalis nō est proportionata ad suum finē per sua naturalia, & ideo indiget aliquo superaddito.

¶ 16 Sed contra. Finis hominis est bonū infinitū: sed nullum creatum est proportionatū bono infinito. ergo id per quod homo ordinatur in suum finem, non est bonum creatum. ergo charitas non est aliquid creatum in anima.

¶ 17 Præt. Sicut Deus est lumen primum, ita est & bonum summum: sed lumen quod Deus est, præsens est animæ, quia de eo dicitur, in lumine tuo uidebimus lumen. ergo & summū bonum, quod Deus est, præsens est animæ: sed bonum est quod aliquid diligimus. ergo id quod diligimus, est Deus. Sed dicebatur, q̄ bonum quod Deus est, est præsens animæ non formaliter, sed effectiue.

¶ 18 Sed contra. Deus est pura forma. ergo formaliter adest his, quibus adest.

In princip. tom. 1.

¶ 19 Præt. Nihil diligitur nisi cognitū, ut dicit Augustinus. 10. de Trini. ergo secundū hoc aliquid est diligibile, secundū quod est cognoscibile. Sed Deus est per seipsum cognoscibilis, sicut primū principium cognoscendi. ergo est per seipsum diligibilis, non ergo per aliquam charitatem creatam.

¶ 20 Præt. Vnumquodque secundum hoc est diligibile, secundum quod est bonum: sed Deus est infinitum bonum. ergo est in infinitū diligibilis: sed nullus amor creatus est infinitus. ergo cum aliqui qui sunt in charitate, diligant eum, secundū quod diligibilis est, videtur quod dilectio qua diligimus Deum, non sit aliquid creatum.

¶ 21 Præt. Deus diligit omnia que sunt, ut dicitur Sapient. 11. Sed non diligit creaturas irracionales rationales. Et ita uidetur quod charitas & gratia propter quas homines diliguntur à Deo, nō sint aliquid creatum superadditum animæ nostræ.

¶ 22 Præt. Si charitas sit aliquid creatum, oportet quod sit accidens: sed charitas non est accidens, quia nullum accidens est dignius suo subiecto, charitas autē est dignior quam natura. ergo charitas non est aliquid creatum in anima.

In ser. 9. de exna domini inter illos qui habentur.

¶ 23 Præt. Sicut Bernardus dicit. Eadē lege diligimus Deum, & proximū qua pater & filius se diligunt: sed pater & filius se diligunt dilectione increata. ergo nos diligimus Deum dilectione increata.

¶ 24 Præt. Illud quod suscitatur a morte est infinite uirtutis: sed charitas suscitatur a morte. Dicitur enim. Ioan. 4. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad uitā, quoniam diligimus fratres. ergo charitas est uirtutis infinite. ergo non est aliquid creatum.

SED CONTRA. Omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis. Si ergo charitas recipitur in nobis a Deo, oportet quod recipiatur a nobis finite secundum modum nostrum. Omne autem finitum est creatum. ergo charitas est aliquid creatum in nobis.

Lib. 1. sent. dist. 17.

RESPON. Dicendum, quod quidam posuerunt quod charitas in nobis, quia diligimus Deum & proximū, non sit aliud quam Spiritus sanctus, ut patet per Magistrum in 17. dist. 1. sent. Et ut huius opinionis intellectus plenius habeatur, sciendum est, quod ad actum dilectionis quo Deum & proximū diligimus Magister posuit quoddam creatum in nobis, sicut & actus ceterarum uirtutum: sed ponebat deum inter actus charitatis & actus aliarum uirtutum, quod Spiritus sanctus ad actus aliarum uirtutum mouet animam mediantibus quibusdam habitibus, quod uirtutes dicuntur: sed ad actum dilectionis mouet uoluntatem in

mediatē per seipsum absque aliquo habitu, ut patet in 17. dist. 1. lib. Et ad hoc ponendum ratio ipsius excellentia charitatis, & uerba Augustini citando inducta, & quedam similia. Rationem autē fuisse dicere, quod ipse actus dilectionis, qui experimur dum diligimus Deum & proximū, ipse spiritus sanctus. Sed hæc opinio omnino ratione non potest. sicut naturales actiones & motus à quodam principio intrinseco procedunt, quod est natura, ita & actiones voluntariæ oportet à principio intrinseco procedat. nā sicut in creatura naturali in rebus naturalibus appetitus naturalis terminatur, ita in rationalibus inclinatio apprehensio intellectus sequens, actus uoluntatis est possibilis, & est, quod res naturales ab aliquo exteriori aguntur, & quod moueat, nō à principio intrinseco, sicut lapis proiecitur sursum, sed quod talis motus uel actus nō à principio intrinseco procedat naturaliter, hoc omnino est impossibile, quia in se contradicere implicat. vñ cū contradictoria esse simul nō habet diuinā potestatem, nec hoc à Deo fieri potest, ut motus lapidis sursum, qui non est à principio intrinseco, sit ei naturalis. potest quidem lapidi dare uirtutem, qua sicut ex principio extrinseco sursum naturaliter moueat, nō autem ut motus iste sit ei naturalis, si ei alia natura detur. Et similiter nō potest habitus fieri, ut aliquis motus hoīs uel intentio, quod exteriori qui sit à principio extrinseco sit uoluntarius. vñ oēs actus uoluntatis reduciuntur ad primam radicē in id, quod homo naturaliter uult, et uult motus finis. Quæ nō sunt ad finem per se uoluntatis. Actus igitur excedit totā facultatē naturæ humanæ, nō potest esse hoīs uoluntatis, nisi superaddatur naturæ humanæ aliquid intrinseco, ut sit uoluntatis principium, ut talis actus à principio intrinseco procedat. Si igitur actus charitatis in homine non est habitus interiori, procedat naturali potestate, ut dicitur, sed ex motione spiritus sancti, sequitur actus uoluntatis, uel quod actus charitatis nō sit uoluntatis, uel quod actus charitatis nō sit possibile, quia hoc ipsum diligere est quod uult, uel quod nō excedat facultatē naturæ, & hoc est hereticū. Hoc igitur remouetur, sequitur primo, quod actus charitatis sit actus uoluntatis, secundum quod actus uoluntatis potest esse totaliter actus intrinseco, sicut actus manus uel pedis, sequitur, si actus charitatis est solū à principio exteriori uoluntatis, quod non sit meritorius. Oportet enim quod agatur in forma propriam, sed solum in forma agitur prout est motus ab artifice. Sic igitur, si actus agitur actum charitatis per aliquam formam propriam, sed solum in forma agitur prout est motus ab exteriori, sequitur, quod ad hunc actum, se habet sicut in se tantum: nō ergo in homine erit actus agere uel non agere, & ita non poterit meritorius. hæc enim solum meritoria sunt, quæ nobis aliquo modo sunt, & sic totaliter tollitur meritum humanum, cum dilectio sit radicaliter in deo. Tertium inconueniens est, quia sequitur, quod homo, qui est in charitate, ad actum charitatis sit promptus, neque ipsum delectabiliter agat. hoc enim actus uirtutum sunt nobis delectabilis, & secundum habitus conformamur ad illos, & inclinamur in illos per modum inclinationis naturalis: & tamē actus charitatis est maxime delectabilis & maxime promptus existet in charitate, & prout eundem omnia, quæ agimus uel patimur, delectabilia redduntur. Relinquitur igitur, quod oportet esse quendam habitum charitatis in nobis creatum, qui

fit formale principium actus dilectionis. Nec tñ per hoc excludit, quin Spiritus sanctus qui est charitas increata sit in homine charitatē creatā hñre, mouens animā ad actum dilectionis, sicut Deus mouet omnia ad suas actiones ad quas tñ inclinātur ex propriis formis. Et inde est, quod omnia disponit suauiter, quia omnibus dat formas & virtutes inclinantes in id, ad quod ipse mouet, ut iam illud tendant non coacte, sed quasi sponte.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ Deus est vira animæ per modum mouentis, & non per modū formalis principii.

Ad SECVNDVM dicendum, q̄ licet ad efficaciam mouentis pertineat, vt dispositionem nō præxiat in subiecto, tamen efficaciam eius demonstrat, si dispositionē fortem imprimat in passio vel motu. Fortis enim ignis non solum formam substantialem, sed & fortem dispositionē inducit. vnde fortius est agēs, quod sic ad agendum mouet, qđ etiam formam imprimi p̄ quam agat, quam id mouens, quod sic mouet ad agendum, vt tamen nullam imprimat formam: vnde cū Spiritus sanctus sit virtuosissimum mouens, sic mouet ad diligendum, q̄ etiam habitum charitatis inducit.

Ad TERTIVM dicendum, q̄ cum dñs, Qui adhasret Deo vnus spiritus est, nō designat vnitas substantiæ, sed vnitas affectus, qđ est inter amantem & amatum. Qua quidem vnione habitus charitatis magis se habet, ut principium amationis, q̄ vt medium inter amantem & amatum: nam actus dilectionis, inmediate trāsit in Deum vt in amatum: non autem inmediate in habitum charitatis.

Ad QVARTVM dicendum, q̄ licet dilectio qua diligimus proximum, sit Deus, non tamen excluditur, quin præter hanc dilectionem in creatam, sit etiam in nobis dilectio creatā, qua formaliter amamus, vt dictum est.

Ad QVINTVM dicendum, q̄ Deus non solū causa liter dñ dilectio vel charitas, sicut causaliter tñ dñ spes vel patientia, sed et essentialiter: non tñ excluditur quin præter illam dilectionem quę essentialiter Deus est, sit etiam in nobis dilectio creatā. Et per hoc etiam patet solutio ad sextum.

Ad SEPTIMVM dicendum, q̄ autoritas illa eadē difficultatem habet, siue ponatur creatus habitus charitatis in nobis, siue non. Cum n. dicit Aug. q̄ qui diligit proximū magis cognoscit dilectionē, qua diligit, q̄ proximum quem diligit, intelligere vñ de ipso actu dilectionis, quem qđem actū nullus ponit esse aliqd̄ increatum: vnde ex hoc cōcludi non pōt, qđ ipsa dilectio sic nota, sit Deus, sed qđ in hoc q̄ percipimus actum dilectionis in nobis, sentimus in nobis ipsis quandam Dei participationem, quia ipse Deus dilectio est, non quod sit ipse actus dilectionis quem percipimus.

Ad OCTAVM dicendum, qđ creatura s̄m qđ magis p̄ficitur magis ad similitudinem Dei accedit: vnde licet quilibet creatura habeat quādā Dei similitudinem in eo qđ est, & bona est, creatura tñ rōnalis superaddit aliquam rōnem similitudinis in eo quod intellectualis est, & adhuc aliā in hoc quod facta est. Et sic in actu charitatis expressius percipitur Deus, sicut in propinquiori similitudine.

Ad IX. dicendum, qđ charitas habitus est & difficile mobilis, qđ nō de facili, qđ hēt charitatē, inclinatur ad peccandum, licet ex peccato charitas amittat̄.

Ad X. dicendum, qđ charitas cōiungit bono infinito, nō effectiue, sed formaliter. vnde virtus infinita non cōpetit charitati, sed charitatis authori.

A Competeret autem charitati virtus infinita, si homo ad infinitum bonum per charitatem infinite ordinaretur, quod patet esse falsum. Modus enim sequitur formam rei.

Ad XI. dicendum, quod creatura est vanitas in quantum est ex nihilo, non autem in quantum est similitudo Dei. Et ex hac parte est, quod charitas creata veritati primæ coniungit.

Ad XII. dicendum, qđ hoc ad heresim Pelagianam pertinet, qđ principia naturalia hominis sufficiant ad merendū vitam æternam: non est autem hoc hæreticū, qđ aliquo creato, quod est natura quēdā in aliquo Prædicamēto mereamur. Manifestū est .n. qđ actib. mereamur, & tñ actus, cum sint qđdam creata: in genere aliquo sunt, & natura qđā sunt.

Ad XIII. dicendum, qđ Deus esse naturale creauit sine medio efficiente, nō tñ sine medio formali. Nam vniciq; dedit formā p̄ quā esset. Et similiter dat esse gratia p̄ aliquam formā superadditā. Et tñ non est oīno simile: quia vt dicit Aug. super Ioan. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. In iustificatione ergo requiritur aliqua operatio iustificantis: & ideo requiritur qđ sit ibi principii actiū formale, qđ non habet locū in creatione.

Ad XIV. dicendum, qđ agēs p̄ mediū est minus efficax in agendo si vtiat mediū p̄ suā necessitatē. Si autē non vtiat Deus mediū in agēdo, quia nullus creaturę auxilio indiget, sed vtiat medijs agētib. vt seruetur ordo in rebus: sed si loquamur de medio formali manifestū est, quod quanto agens est perfectius, tātō magis formā inducit, nā agens imperfectū nō inducit formam sed dispositionē tantum, in tanto debiliorem quanto est debilius.

Ad XV. dicendum, qđ homo & alia rōnales creaturæ cōsequi pōt aliorē finē, qđ alie creaturæ: vnde licet ad hūc finē consequendū plurib. indigeant, nihilominus p̄fectiores sunt. Sicut hō est melius dispositus, qui pōt consequi perfectā sanitatē per plures medicinas, qđ ille qui non potest sanari per fectē, & ideo non indiget nisi paucis medicinis.

Ad XVI. dicendum, qđ p̄ charitatē creatam eleuatur anima supra posse naturā, vt p̄fectius ordinetur ad finē, qđ habeat facultas naturæ, sed tñ nō sic ordinatur ad consequendū Deum p̄fectē, sicut ipse p̄fecte se fruatur. Et hoc contingit ex hoc, quod nihil creatum sit Deo proportionatum.

Ad XVII. dicendum, quod licet bonum quod est Deus sit præsens animæ per se ipsum, tamē requiritur mediū formale ad hoc, quod anima p̄fecte ordinetur in ipsum ex parte animæ, non autem ex parte ipsius Dei.

Ad XVIII. dicendum, quod Deus est forma per se subsistens, nō autem ita quod formaliter alicui coniungatur.

Ad XIX. dicendum, quod dato, quod Deus per se ipsum cognoscatur ab anima, quia hoc aliam quæstionem habet, eodem modo per se ipsum diligitur, sicut p̄ se ipsum cognoscitur, ut hoc quod dico, per se accipiatur ex parte diligibilis, non autem ex parte diligētis, nō enim Deus propter aliquid aliud diligitur ab anima, sed propter seipsum, & tamen anima indiget aliquo forma principio ad p̄fecte diligendum Deum.

Ad XX. dicendum, qđ Deus non pōt tñ diligere a nobis, quantum diligibilis est: vnde nō sequitur quod amor charitatis qua diligimus Deum infinitus sit hoc enim non minus sequeretur de actu quam de habitu, & tñ nullus dicere pōt actum dilectionis, quo diligimus Deū esse aliquid increatum.

Ad

Serm. 11. de verbis Apo stol.

In corp.

QVÆST. VNICA DE CHARITATE, ART. II.

Ad xxi. dicēdū, q̄ habitus charitatis requiritur in nobis inquantū diligimus Deū, q̄d alijs creaturis nō cōuenit: licet oēs creaturæ diligant a Deo.

Ad xxi. dicēdū, q̄ nullū accidēs est dignius subiecto, quantum ad modū essendi, quia substantia est ens p̄ se, accidēs uero, ens in alio: sed inquantū accidens est actus & forma substantiæ, nihil prohibet accidēs esse dignius substantia. Sic. n. cōparatur ad ipsam, ut actus ad potentiam & perfectio ad p̄fectibile, & sic est charitas dignior anima.

Ad xxi. dicēdū, quōd licet lex, qua diligimus Deum & proximum, sit increata, tamen id quo formaliter Deum & proximum diligimus, est aliquid creatum: lex enim increata est prima mensura, & regula nostræ dilectionis.

Ad xxi. dicēdū, quōd charitas resuscitat spiritaliter mortuos formaliter, sed nō effectiue: unde non oportet quōd sit uirtus infinita, sicut nec anima Lazari quæ formaliter Lazarum resuscitauit, inquantum per uisionem eius ad corpus Lazarus est resuscitatus.

ARTICVLVS II.
Vtrum charitas sit uirtus.

2. 2. q. 23. art. 2.
2. ethic. c. 2.
circa finem.
10. 5.
Ser. 9. a me.
die. 10. 70.

SECUNDO queritur utrum charitas sit uirtus. Et uidetur, q̄ non. Virtus. n. est circa difficile secundū Philof. in 6. Ethic. sed charitas non est circa difficile, quinimmo, ut Aug. dicit in lib. de Verbo Domini, Omnia s̄ua & immania, & facilia & p̄pe nulla facit amor. ergo charitas non est uirtus. Sed dicebatur, quōd illud quod est uirtus, est difficile in principio, sed facile est in fine.

¶ 2 Sed contra est, in principio nondū est uirtus. Si igitur solum in principio sit difficile, uirtus nō erit circa difficile.

¶ 3 Præter difficultas in uirtutibus accidit ex cōtrarietate: inde enim sit difficile temperantiæ seruare propter contrarias cōcupiscentias: sed charitas est circa summum bonum, cui non est aliquid cōtrarium. ergo id quod est charitatis non est difficile, neque in fine, neque in principio.

¶ 4 Præter. Diligere vel amare quoddam uelle est, sed Apostolus dicit Rom. 7. Velle adiacet mihi. ergo diligere adiacet nobis. nō ergo ad hoc aliqua uirtus charitatis requiritur.

¶ 5 Præter. In mēte nostra nō est, nisi intellectus & appetus: sed intellectus eleuat in Deum p̄ fidem, affectus per sp̄m. Nō ergo oportet ponere tertiā uirtutem charitatis ad eleuandū mentem in Deū. Sed dicendum, q̄ sp̄s eleuat, sed non coniungit, unde necessaria est charitas, quæ coniungat.

¶ 6 Sed contra, spes quia non coniungit, semper distans est: unde illis qui p̄ beatitudinis fruitionē coniunguntur Deo, non cōgruit spes. Si ergo charitas cōiungit, pari rōne non cōpetit illis, qui nōdū sunt coniuncti. i. existentibus in uia: sed uirtus p̄fectit nos in uia, est enim dispositio p̄fecti ad optimum. ergo charitas non est uirtus.

¶ 7 Præter. Gratia sufficienter coniungit nos Deo. non igitur requiritur uirtus charitatis ad hoc, q̄ per ipsam Deo coniungamur.

¶ 8 Præter. Charitas est q̄dam amicitia hominis ad Deū: sed amicitia hoīs ad hoīem nō numeratur a Philosophis inter uirtutes politicas. ergo nec charitas Dei dēt numerari inter uirtutes Theologicas.

¶ 9 Præter. Nulla passio est uirtus. Amor est passio. ergo non est uirtus.

2. ethic. ca. 6.
10. 3.

¶ 10 Præter. Virtus est in medio s̄m Philof. Sed charitas nō est in medio, quia in amore Dei non pōt esse aliquid superfluum. ergo charitas nō est uirtus.

¶ 11 Præter. Affectus est magis corruptus p̄ peccatū, q̄ intellectus, quia peccatū in uoluntate est, ut Aug. dicit. Sed intellectus noster nō pōt Deum uiderē immediate per seipsum in statu uia. ergo nec affectus noster pōt diligere Deū immediate p̄ seipsum in statu uia: sed diligere Deum p̄ seipsum amobuitur charitati. ergo charitas non debet inter uirtutes, quæ p̄fectiunt nos in uia numerari.

¶ 12 Præter. Virtus est uirtutum de potentia rei, dicitur in 1. de Cæl. Sed delectatio est uirtutum, q̄ pertinet ad affectum. ergo magis delectatio debet esse uirtus quā amor.

¶ 13 Præter. Ois uirtus hēt debitū modū, unde dicit Aug. q̄ peccatum, quod opponitur uirtuti, est p̄uatio modi, speciei & ordinis: sed charitas non hēt modum, quia sicut dicit Bernar. modus charitatis ē sine mō diligere. ergo charitas nō ē uirtus.

¶ 14 Præter. Vna uirtus non denominatur ab alio, quia oēs species eiusdem generis ex opposito diuiduntur: sed charitas denominatur ab alio uirtutibus. Dicitur enim ad Corin. 13. Patiens est, benigna charitas est. ergo charitas non est uirtus.

¶ 15 Præter. Secundum Philof. in 8. Ethic. amicitia quadam aequalitate consistit: sed Dei ad nos maxima inæqualitas, sicut in fine distantium. ergo non potest esse amicitia Dei ad nos, uel nos ad Deum. Et ita charitas quæ huiusmodi amicitia designat, non uidetur esse uirtus.

¶ 16 Præter. Amor summi boni est nobis naturalis. sed nullum naturale est uirtus, quia uirtus non in sunt nobis a natura, ut patet in 2. Ethic. ergo amor summi boni, quod est charitas, non est uirtus.

¶ 17 Præter. Amor est excellentius timor, sed timor propter sui excellentiam non est uirtus, sed donū quod est excellentius uirtute, ergo neque charitas est uirtus, sed donum.

SED CONTRA, Præcepta legis sunt de actibus uirtutum: sed actus charitatis præcipitur in legē. Dicitur enim Matth. 23. quōd primum & maximum mandatum est, Diliges dominum Deum tuum. ergo charitas est uirtus.

RESPON. Dicendum, q̄ charitas ab seque debet uirtus est, cum n. uirtus sit que bonum facit habitum, & opus eius bonū reddit, manifestum est q̄ s̄m propriam uirtutem homo ordinatur ad proprium bonū. Proprium autē bonū hominis oportet diuersimode accipi, s̄m q̄ hō diuersimode accipit. Nam proprium bonum hominis inquantum homo, est bonum rationis, eo q̄ homini esse est rationale esse. Bonum autem hominis, secundum q̄ est artifex, est bonum artis, & sic etiā s̄m q̄ est politicus, est bonū ciuitatis, & sic etiā s̄m q̄ est ergo uirtus operatur ad bonum, ad uirtutem cuiuslibet requiritur, q̄ sic se habeat, q̄ ad bonū bene operetur. i. uoluntarie, & prompte & delectabiliter, & firmiter, hæc sunt conditiones operationis uirtuosa, quæ non pōt cōuenire alicui operationi, nisi operans amet bonum p̄ quod operatur, eo q̄ amor est principium omnium uoluntariarum affectionum. Quod enim amatur, desideratur dum non h̄t, & delectationem in se, q̄ h̄t, & tristitiam ingerunt ea quæ ab habēdo amatum impediunt. Ea etiam quæ ex amore sunt, ad uirtutem firmiter, & prompte, & delectabiliter sunt. Ad uirtutem igitur requiritur amor boni, ad q̄ uirtus operatur. Bonum autē, ad quod operatur uirtus, est hominis inquantum homo, est homini cōueniens naturale, unde uoluntati eius naturaliter in est amor boni amor, q̄d est bonum rōnis: sed si accipiamus uirtutem.

virtutem hominis s̄m aliquā aliam consideratio-
nē, non naturalem homini, oportebit ad hmōi
virtutē amorē illius boni, ad quod talis virtus or-
dinat, esse aliquid superadditū circa naturalē vo-
luntatē. Nō. n. artifex bene operatur, nisi superne-
nat ei amor boni, qđ p̄ operationem artis inten-
ditur. vnde Philof. dicit in 8. Polit. qđ ad hoc quod
aliquis sit bonus politicus, requirit qđ amet bonū
ciuitatis. Si aut hō in quantum admittitur ad par-
ticipandū bonū alicuius ciuitatis, efficitur ciuis il-
lius ciuitatis, cōpetūt ei virtutes quædam ad ope-
randum ea qđ sunt ciuium, & ad amandū bonū
ciuitatis: ita cum homo p̄ diuinā gratiā admittat
in participatione cœlestis beatitudinis, qđ in vi-
sione & fruitione Dei cōsistit, fit quasi ciuis & so-
cius illius beate societatis, qđ vocatur cœlestis Hieru-
salem, s̄m illud Ephes. 2. Estis ciues sanctorū & do-
mestici Dei. vñ homini sic ad cœlestia adscripto,
cōpetūt qđ virtutes gratuite, qđ sunt virtutes in-
fuse, ad quarum debitā operationē p̄ exigūt amor
boni cōs totī societati, qđ est bonum diuinum,
prout est beatitudinis obiectum. A mare aut bonū
alicuius ciuitatis contingit dupliciter vno mō vt
habeatur, alio mō vt cōseruetur. Amare aut bonū
alicuius ciuitatis, vt habeatur, & possideatur, nō facit
bonum politicum: quia sic et aliquis tyrannus a-
mat bonum alicuius ciuitatis, vt ei dominet, qđ ē
amare seipsum magis qđ ciuitatem. Sibi. n. ipsi hoc
bonum concupiscit, nō ciuitati: sed amare bonū
ciuitatis vt cōseruetur & defendatur, hoc est vere
amare ciuitatē qđ bonum politicū facit, in tñ
qđ aliqui p̄ bonum ciuitatis conseruandum vel
ampliandum, se periculis mortis exponāt, & negli-
gant priuatum bonum. Sic igitur amare bonū, qđ a
beatis participatur, vt habeatur, vel possideatur, non
facit hōiem bene se hñtē ad beatitudinē, quia et
mali illud bonū concupiscunt: sed amare illud bo-
num s̄m se vt p̄maneat & diffundatur, & vt nihil
contra illud bonum agatur, hoc facit hominē bñ
se habentē ad illā societatē beatorum. Et hæc est
charitas, qđ Deum p̄ se diligit, & proximos qui
sunt capaces beatitudinis, sicut seipsum, & quæ re-
pugnat oib. impedimentis & in se & in aliis, vnde
nunquam pōt esse cum peccato mortali, quod est
beatitudinis impedimentū. Sic igitur patet qđ cha-
ritas non solum est virtus, sed potissima virtutū.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod virtus est
circa illud quod in se difficile est: sed tamen habē-
ti virtutem sit facile.

Et per hoc patet et solutio ad secundum: non
enim probat: manet enim quantum in se est diffi-
cile, illud, circa qđ est virtus adueniēte virtute, sed
qđ facile fiat virtuoso, hoc est ex p̄fectione virtutis.

AD TERTIVM dicendum, qđ difficultas non so-
lū est ex cōtrarietate, sed et est ex excellentia obie-
cti. Sic. n. aliquid dicitur esse difficile ad intelligen-
dum quo ad nos propter excellentiam intelligen-
bilis, non propter aliquam contrarietatem.

AD QVARTVM dicendum, qđ illud velle qđ adia-
cet nobis a natura, est imperfectū & infirmū quā-
tum ad spiritualia & gratuita: vnde & Apost. ibidē
subdit. Non enim quod volo bonum hoc ago.
Et ideo requiritur auxilium gratuiti doni.

AD QVINTVM dicendum, qđ spes eluat affectū
hominis in summum bonū vt adipiscendum: sed
super hoc requiritur, qđ illud bonum ametur ad
bonum esse hominis, vt supra dictum est.

AD SEXTVM dicendum, qđ de ratione charitatis
seu amoris est, quod coniugat secundum affectū,

A quæ scilicet coniunctio intelligitur quantum ad
hoc quod homo amicum reputat quasi alterum
se, & vult ei bonum sicut & sibi. Sed coniungere
secundū rem, nō est de ratione charitatis: & ideo
potest esse & habitū & non habitū. Sed non habitū
facit desiderare, in habito vero facit delectari.

AD SEPTIMVM dicendum, quod gratia coniu-
git nos Deo per modum assimilationis: sed requi-
ritur quod vniamur ei per operationem intelle-
ctus & affectus, quod fit per charitatem.

AD OCTAVVM dicendum, quod amicitia non
ponitur virtus, sed cōsequēs virtutē, qđ ex hoc ip-
so qđ aliquis hēt virtutē & amat bonū rōnis, con-
sequitur ex ipsā inclinatione virtutis qđ diligit sibi
similes. s. virtuosos, in qbus bonū rōnis viger. Sed
amicitia qđ est ad Deum in quātū est beatus & bea-
titudinis auctor, oportet p̄stiri ad virtutes, qđ in il-
lā beatitudinē ordinant. Et ideo cum non sit cō-
sequens ad alias virtutes, sed p̄ambulum, ut ostē-
sum est, oportet quod ipsa sit per se virtus.

AD NONVM dicendum, quod amor secundum
quod est in sensitiua parte, est passio, qui quidem
amor est boni secundū sensum: talis autem amor
non est amor charitatis. vnde ratio non lequitur.

AD DECIMVM dicendum, qđ hoc qđ dicit Philof.
virtutem esse in medio, intelligitur de virtutibus
moralibus, non autē est verum de virtutib. rheolo-
gicis inter quas est charitas. vt alibi ostensum est.

AD XI. dicendum, qđ bonum intellectū mouet
voluntatē. Et ideo licet intellectus p̄ aliqua media
Deū intelligat, vt sūmū bonū, ex hoc ipso mouet
voluntatē, vt sic possit immediate amari, licet per
media cognoscatur: quia hoc ipsum, in quo deter-
minatur cognitio intellectus, mouet affectum.

AD XII. dicendum, quod delectatio nō impor-
tat operationem, sed aliquid consequens ad ope-
rationem. Vnde cum virtus sit operationis prin-
cipium, delectatio non ponitur inter virtutes, sed
inter fructus, vt patet Galat. 5. Fructus autem spiri-
tus est charitas, gaudium, pax, patientia.

AD XIII. dicendum, qđ obiectum charitatis trā-
scendit omnem facultatem humanam, scilicet
Deus: vnde quantumcumque voluntas humana
conetur ad amandū Deum, nō potest attinge-
re, vt amet eum, quantum est amandus. Et ideo
dī non habere modum charitas, quia non est ali-
quis terminus fixus diuine dilectionis, vtra quē
si diligatur, sit contra rationem virtutis, sicut acci-
dit in virtutibus moralibus quæ consistunt in me-
dio: hoc. n. ipsum quod est, non hñt se modum,
est charitatis modus. Ex hoc igitur non potest cō-
cludi, quod charitas non sit virtus: sed quod non
consistat in medio, sicut uirtutes morales.

AD XIII. dicendum, qđ charitas dī patiens &
benigna, quāsi denominata ab aliis virtutibus, in-
quantum producit actus omnium virtutum.

AD XV. dicendum, qđ charitas non est virtus ho-
minis in quantum est homo, sed in quantum p̄ par-
ticipatiōē gratiæ sit Deus, & filius Dei, secundum
illud 1. Ioā. 3. Videre qualem charitatem dedit no-
bis pater, vt filii Dei nominemur & simus.

AD XVI. dicendum, qđ amor summi boni, prout
est principium esse naturalis, inest nobis a natura:
sed prout est obiectum illius beatitudinis, quæ to-
tam capacitatem nature creatæ excedit, non inest
nobis a natura, sed est supra naturam.

AD XVII. dicendum, qđ dona p̄ficiunt uirtutes eleuā-
do eas supra modū humanū, sicut donū intellectus
virtutē fidei, & donū timoris uirtutē tēperantię
in p̄-

q. preced.
art. 10.

in precedendo à delectabilibus ultra humanum modum: sed circa amorem Dei non inest aliqua imperfectio, quam oporteat per aliquod donum perficere: unde charitas non ponitur donum virtutis, quæ tamen excellentior est omnibus donis.

ARTICVLVS III.

Utrum charitas sit forma virtutum.

2. 2. q. 5. art. 3.

TERTIO queritur, utrum charitas sit forma virtutum. Et videtur, quod nõ. Forma enim dat esse & speciem ei cuius est forma: sed charitas non dat esse & speciem cuiuslibet virtuti. ergo charitas non est forma aliarum virtutum.

¶ 2 Præt. Formæ non est forma: sed omnes virtutes sunt formæ, sunt enim perfectiones quædam. ergo charitas non est forma virtutum.

¶ 3 Præt. Forma cadit in definitione eius cuius est forma: sed charitas non cadit in definitione virtutum. ergo charitas non est forma virtutum.

¶ 4 Præt. Ea quæ diuiduntur ex opposito, non ita se habent, quod vnũ sit forma alterius: sed charitas ex opposito diuiditur aliis virtutibus, vt patet 1. ad Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc. ergo charitas nõ est forma virtutũ. Sed dicendum, quod charitas non est forma intrinseca virtutum, sed exemplaris.

¶ 5 Sed cõtra, Exemplatũ trahit speciem ab exemplari. Si igitur charitas est forma exemplaris omnium virtutum, oēs virtutes trahunt speciem ab ipsa. ergo omnes virtutes essent vnũs speciei, quod est falsum.

¶ 6 Præt. Forma exemplaris est, ad quã aliquid fit. nõ ergo est necessaria nisi ad hoc, quod res fiat. Si ergo charitas est forma exemplaris virtutũ, nõ erit necessaria charitas nisi ad generationẽ virtutum. Et ideo virtutibus habitis, non erit necessarium habere charitatem, quod patet esse falsum.

¶ 7 Præt. Exemplar est necessarium facienti, non autem vtenti iam factõ, sicut exemplar est necessarium ad transferendum librum, non autẽ ad vtẽdum libro iã scripto. Si igitur charitas est forma exemplaris virtutũ, non cõpetit nobis, qui virtutibus vtimur, sed Deo, qui in nobis virtutes operatur.

¶ 8 Præt. Exemplar potest esse sine exemplo. Si igitur charitas sit forma exemplaris virtutum, sequitur quod possit esse sine aliis virtutibus, quod est falsum.

¶ 9 Præt. Quælibet virtus hæt formã a suo fine & obiecto. Quod autẽ est p se formatũ, nõ indiget formari ab alio. Et ita charitas non est forma virtutũ.

¶ 10 Præt. Natura semper facit quod melius est. Multo igitur magis Deus: sed melius est aliqd esse formatum, q̄ informe. Cum igitur virtutes in nobis operetur Deus, videtur quod faciat eas formatas. Et ita non indigent formari a charitate.

¶ 11 Præt. Fides est quoddã spirituale lumẽ. sed lux mens est forma eorum q̄ vñt in lumine. ergo sicut lux corporalis est forma colorum, sic fides est forma charitatis & aliarũ virtutũ, non autẽ charitas.

¶ 12 Præt. Ordo perfectionum est secundum ordinem perfectibilium: sed uirtutes sunt perfectiones potentiarum animæ. ergo secundum ordinẽ potentiarum est ordo virtutum: sed inter alias potentias animæ altior est intellectus ipsa voluntate. ergo & fides est altior charitate: & ita fides magis est forma charitatis, quã e conuerso.

¶ 13 Præt. Sicut se hñt virtutes morales adinuicẽ, ita & theologice. Sed prudentia q̄ est in vi cognitiua, informat alias uirtutes, q̄ sunt in vi appetitiua, scilicet iustitiam, fortitudinem, temperãtiam, & hmõi. ergo & fides quæ in cognitiua est, informat charitatem, quæ est in appetitiua, & non e conuerso.

¶ 14 Præt. Forma virtutis est modus eius: sed nõ est imponere modum appetitui, & nõ e conuerso. ergo fides q̄ est in ratione, magis est formata ritatis, quã est in parte appetitiua, q̄ e conuerso.

¶ 15 Præt. Matth. 1. super illud. Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, tunc dicitur quod fides genuit spem, & spes charitatem: sed omne genuit recipit formam a generante. ergo charitas recipit formam a fide & spe, & non e conuerso.

¶ 16 Præt. In vno & eodem, potentia precedit actũ tẽpore. Si igitur charitas comparatur ad alias uirtutes ut actus & forma, sequetur, quod alie uirtutes prius tempore sint in homine quã charitas, quod est falsum.

¶ 17 Præt. Informatio in moralibus, est ex fine: sed oēs uirtutes ordinantur sicut in finem ultimũ in uisionem Dei, quæ est tota merces, ut Aug. dicit, & q̄ succedit fidei. ergo oēs alie uirtutes formate capiunt ex fine fidei. Et sic uidetur, quod fides sit forma charitatis magis quã e conuerso.

¶ 18 Præt. Finis efficiens, & forma nõ inicitur nisi numero, s̄m Phil. in 2. Phys. Sed charitas est forma uirtutũ & motor earũ. ergo nõ est forma ipsũ.

¶ 19 Præt. Illud a quo est principiu effendi, est forma: sed principiu esse spirituale est gratia, s̄m 1. Corin. 12. Gratia Dei sum id, quod sum. ergo gratia Dei est forma uirtutum, & non charitas.

SECONTRA est, quod Ambrosius dicit, quod charitas est forma & mater uirtutum.

RESPON. Dicendum, quod charitas est forma uirtutum, motor, & radix. Ad cuius emendationem sciendum est, quod de habitibus oportet nos habere actus iudicare: unde quãdo dicitur, quod est vnus habitus, est ut formale in actu aduersus habitũ, oportet quod vnus habitus se habeat ad aliuũ ut forma. In omnibus autem actibus uirtutis id, quod est ex parte finis est formale. Quod dicitur est, quia vnusquisq; actus formã & speciem recipit s̄m formã agentis. ut calefactio s̄m calorem. forma autem uoluntatis est obiectum ipsius, quod est bonum & finis, sicut intelligibile est forma intellectus. unde oportet quod id, quod est ex parte finis, sit formale in actu uoluntatis: unde id est, ipse actus, s̄m q̄ ordinatur ad vnũ finem cadit in formã uirtutis, & s̄m q̄ ordinatur ad alium finem cadit sub forma uitiũ, ut patet de eo q̄ dicitur eodem synon. vel pp Deum, vel pp inane gloriã. & alia enim vnus uitiũ, s̄m q̄ ordinatur ad finem aliter uitiũ, recipit formam eius, ut patet qui fornicatur ut fornicetur, materialiter quidem fur est, formaliter uero intemperatus. Manifestum est autem, quod actus omnium aliarum uirtutum ordinatur ad finem proprium charitatis, quod est eius obiectum, scilicet summum bonum. Et de uirtutibus quibus moralibus manifestum est. Nam huiusmodi uirtutes sunt circa quãdam bona creata, quæ ordinantur ad bonum increatum, sicut ad ultimum finem. Et de uirtutibus aliis Theologicis idem manifestum est. Nam ens increatum, est quidem obiectum fidei, et uerum, & in quantum est appetibile hæt rationẽ boni, & sic tendit fides in ipsum, in quantum est appetibile, cũ nullus credat nisi uolens. Spei autẽ obiectum est ens increatum, in quantum est bonum, in quantum dependet ab obiecto charitatis. Est enim boni obiectum spei in quantum est desiderabile & consequibile. Nullus enim desiderat consequi aliquod bonum, nisi pp hoc q̄ amat ipsum: unde manifestum est quod in actibus omnium uirtutum est formale id, quod est ex parte charitatis. Et pro tanto est forma omnium uirtutum.

nium uirtutum, in quantum. omnes actus omnium uirtutum ordinantur in summum bonum amatum, ut ostensum est. Et quia precepta legis sunt de actibus uirtutum, inde est quod Apostolus dicit I. Tim. I. quod Finis precepti est charitas. Et hinc etiam apparet, quod charitas sit motor omnium uirtutum, in quantum. si importat actus omnium aliarum uirtutum. Omnis enim uirtus uel potentia superior dicitur mouere per imperium inferiores, ex eo quod actus inferioris ordinatur ad finem superioris, sicut edificatiua imperat camentaria, eo quod actus camentariae artis ordinatur ad formam domus, quae est finis edificatiuae: uel cum oes aliae uirtutes ordinentur ad finem charitatis, ipsa imperat actus omnium uirtutum, & ex hoc dicitur motor earum. Et quia mater dicitur quae in se accipit & coeipit, ideo dicitur charitas mater omnium uirtutum, in quantum ex conceptione sui finis producit actus omnium uirtutum. Et eadem etiam ratione, dicitur radix uirtutum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod licet charitas non det unicuique uirtuti propriam speciem, dat tamen unicuique uirtuti communem speciem uirtutis, secundum quod loquimur de uirtute, prout est principium merendi.

AD SECVNDVM dicendum, quod forma non est forma, ita quod una forma praestet subiectum alteri. Nihil tamen prohibet plures formas in eodem subiecto esse secundum quandam ordinem, scilicet, ut una sit formalis respectu alterius, sicut color est formalis respectu superficies. Et hoc modo charitas potest esse forma aliarum uirtutum.

AD TERTIVM dicendum, quod charitas cadit in definitione uirtutis, meritorie, ut patet per definitionem Augustini, dicentis, quod uirtus est bona qualitas mentis, qua recte uiuunt. Non enim recte uiuunt, nisi per hoc, quod uita nostra ordinatur in Deum, quod charitas facit.

AD QVARTVM dicendum, quod ratio illa procedit de forma, quae intrat constitutionem rei. Sic autem charitas non dicitur forma uirtutum, sed alio modo, ut supra dictum est.

AD QVINTVM dicendum, quod charitas cum sit communis forma uirtutum, trahit quidem uirtutes in unam speciem communem, non autem in unam speciem propriam, quae dicitur species specialissima.

AD SEXTVM dicendum, quod charitas potest dici forma exemplaris uirtutum, non ad cuius similitudinem uirtutes generentur, sed in quantum ad eius similitudinem quodammodo operantur. Et ideo quoadiu necesse est operari secundum uirtutem, necessaria est charitas.

AD SEPTIMVM dicendum, quod licet creare uirtutes, sit Dei tantum, in operari secundum uirtutem, est etiam hominis habentis uirtutem. Et ideo indiget charitate.

AD OCTAVM dicendum, quod charitas quantum ad actum non solum habet exemplaritatem, sed etiam uirtutem motiuam, & effectiuam. Exemplar autem effectiuum non est sine exemplo, quia producit illud in se. Et sic charitas non est sine aliis uirtutibus.

AD NONVM dicendum, quod a proprio fine, & a proprio obiecto qualiter uirtus habet formam specialem per quam est haec uirtus: sed a charitate habet quandam formam communem secundum quam est meritoria uitae aeternae.

AD X. dicendum, quod Deus facit in nobis uirtutes formatas speciali forma & generali. Speciali quidem ex obiecto & fine, generali autem ex charitate.

AD XI. dicendum, quod plures est forma colorum in quantum sunt uisibiles actu per lucem. Et similiter fides est forma uirtutum, in quantum sunt a nobis

A cognoscibiles. Quid enim sit uirtuosum uel contra uirtutem, per fidem cognoscimus: sed in quantum uirtutes sunt operatiuae per charitatem informantur.

AD XII. dicendum, quod intellectus simpliciter est prior uoluntate, quia bonum intellectum est obiectum uoluntatis: sed tamen in operando & mouendo prior est uoluntas. Non enim intelligit & mouet nisi uoluntate accedente: unde etiam ipsum intellectum mouet uoluntas, in quantum est operatiuus: utitur enim intellectu quando volumus: unde cum credere sit intellectus a uoluntate moti, credimus enim aliquid quia volumus, sequitur quod magis charitas det formam fidei, quam e conuerso.

AD XIII. dicendum, quod actus uoluntatis est secundum ordinem uolentis ad res ipsas prout in se sunt: actus autem intellectus est secundum quod res intellecte sunt in intelligente: unde quoniam res sunt infra intelligentem, intellectus illarum est dignior uoluntate, quia tunc altiori modo sunt in intellectu res, quam in seipsis, cum oem quod est in altero, sit in eo per modum eius in quo est: sed quoniam res sunt altiores intelligenti, tunc uoluntas altius ascendit quam possit pertingere intellectus. Et inde est, quod in moralibus quae sunt infra hominem, uirtus cognoscitiua informat uirtutes appetitiuas, sicut prudentia alias uirtutes morales. In uirtutibus autem theologicis quae sunt circa Deum, uirtus uoluntatis, scilicet charitas in format uirtutem intellectus, scilicet fidem.

AD XIV. dicendum, quod rationalis uis dat modum appetitiuam, in his quae sunt infra nos; non autem in his quae sunt supra nos, ut dictum est.

AD XV. dicendum, quod fides praecedit spem, & spes charitatem ordine generationis, sicut imperfectum praecedit perfectum: sed charitas in ordine perfectionis praecedit & fidem & spem. Et propter hoc dicitur esse forma earum, sicut perfectum imperfecti.

AD XVI. dicendum, quod charitas non est forma uirtutum, quae sit pars essentiae uirtutum, ut oporteat eam sequi tempore uirtutes uel aliquam materiam uirtutum, sicut in formis rerum generatarum: sed est forma quasi informans: unde oportet esse naturaliter priorem aliis uirtutibus.

AD XVII. dicendum, quod ipsa uisio in quantum est finis & bonum quoddam, est obiectum charitatis.

AD XVIII. dicendum, quod forma intrinseca non potest esse finis rei, licet sit finis generationis rei. Charitas autem non est forma intrinseca, ut dictum est, sed ex hoc ipso quod trahit alias uirtutes ad suum finem, format uirtutes, ut ex dictis patet.

AD XIX. dicendum, quod gratia Dei dicitur esse forma uirtutum, in quantum dat esse spirituale animae, ut sit susceptiua uirtutum: sed charitas est forma uirtutum, in quantum format operationes earum, ut dictum est.

ARTICVLVS IIII.
Vtrum charitas sit una uirtus.

QVARTO quaeritur, utrum charitas sit una uirtus. Et uidetur, quod non. Habitus enim distinguuntur per actus, & actus per obiecta: sed charitas habet duo obiecta, Deum & proximum: ergo non est una uirtus, sed duae. Sed dicebatur, quod unum illorum obiectorum est principalis, scilicet Deus. Non enim diligit charitas proximum nisi propter Deum.

¶ Contra Philo. dicit in 9. Ethic. quod amabilia quae sunt ad alterum, uenerunt ex amicabilibus quae sunt ad seipsum: sed id quod est principium & causa, est potissimum in unoquoque genere, ergo homo ex charitate diligit

Art. i. huius
quæst. Et q.
Præced. art.
10. & 11.

In corp. ar.
Et in solu-
tione ad 6.
arg.

In corp. ar.

Cap. 8. pars
a prim.

l. d. contra
Iulianum ca.
6. de reuel.
cur. id. d. h.
in p. n.

In corp. ar.

QVÆST. VNICA, DE CHARITATE, ART. IIII.

diligit seipsū tāq̄ principale obiectū, & nō Deū. ¶ 3 Præt. i. Ioan. 4. dicitur. Qui fratrem suum quem uidet non diligit, Deū quē non uidet, quomodo potest diligere? Magis ergo uidetur quod debeat diligere proximum quam Deū. proximus ergo est magis diligibilis, quā Deus. Et ita uidetur esse principalis obiectum charitatis.

¶ 4 Præt. Nihil amatur nisi cognitum, ut August. dicit in lib. de Trini. Sed proximus magis cognoscitur quā Deus. ergo etiam magis diligitur. Et sic uidetur quod charitas non sit vna virtus.

¶ 5 Præt. Ois uirtus habet proprium modū quē in suis actibus ponit: iustus enim est, qui non solum iusta, sed iuste operatur: sed charitas ponit duos modos in suis actibus. Nā charitate diligit Deum aliquis ex toto corde, proximum autem sicut seipsum. ergo charitas non est una uirtus.

¶ 6 Præt. Præcepta legis ordinantur ad uirtutes, quia intentio legislatoris est facere homines uirtuosos, ut dicitur in 2. Ethic. Sed de charitate dantur duo præcepta scilicet, Diliges Dominū Deū tuum, & diliges proximum tuum. ergo charitas non est vna uirtus.

¶ 7 Præt. Sicut diligimus Deū & proximū, ita & honorare debemus: sed alio honore honoramus Deū & proximū. Nā Deū honoramus iatria, proximum uero dulia sola. ergo alia est charitas, qua diligimus Deū, & alia, qua diligimus proximum.

¶ 8 Præt. Virtus est qua recte uiuit: sed ad alia uita pertinet diligere Deū, & ad alia diligere proximum. Nā diligere Deū uidetur ad contemplatiuā uitā pertinere, diligere proximum ad actiuā. ergo charitas Dei & proximi non est una uirtus.

¶ 9 Præt. Sed in Philo. in 1. Physic. unū dicitur tripliciter: cōtinitate, in diuisibilitate, & rōne: sed charitas non est vna cōtinitate, quia neque est corpus, neque forma corporis. Neque est in diuisibilitate, quia sic neque finita, neque infinita esset. Nec rōne, quia sic synonyma sunt unum, ut uestis & indumentum. ergo charitas non est una.

¶ 10 Præt. Minime habent de ratione unius, quæ sunt unum proportionem tantum: unde quæ non sunt proportione unum, neque sunt unum specie, neque genere, neque numero, ut dicitur in 5. Meta. Sed charitas est circa æternum scilicet Deū & proximum, quæ sunt in proportionalia. ergo charitas nullo modo est vna uirtus.

¶ 11 Præt. Secundū Philo. in 8. Ethic. amicitia perfecta non habetur ad multos: sed charitas qua diligitur Deus, & proximus, est perfectissima amicitia. ergo non habetur ad multos, & ita non eadē charitate diligitur Deus & proximus.

¶ 12 Præt. Virtus in cuius actu sufficit nō tristari, est alia a uirtute, quæ delectabiliter operatur, sicut fortitudo a iustitia: sed in actu charitatis quantum ad aliqua obiecta sufficit nō tristari, sicut cum diligimus inimicos: in aliquibus etiam oportet delectari, sicut cum diligimus Deum & amicos, ergo charitas non est una uirtus, sed alia & alia.

SED CONTRA, Quæcūque ita se habent, quæ unū intelligitur in alio, illa sunt unum: sed in dilectione proximi, intelligitur dilectio Dei, & econuerso, ut dicit August. 7. de Trin. ergo est eadem charitas, qua diligimus Deum & proximum.

¶ 1 Præt. In quolibet genere est unum primum mouens: sed charitas est motor omnium uirtutum. ergo est una.

RESPON. Dicendū, quod charitas est una uirtus. Ad cuius euidentiā sciendū est, quod unitas cu-

iuslibet potentia, uel habitus, ex obiecto consideranda est. Et hoc ideo, quia potentia hoc ipsum quod est, est in ordine ad possibile, quod est eius obiectum: & sic rō & species potentia ex obiecto accipiuntur: & similiter est de habitu, qui nihil est aliud, quā dispositio potentia perfecta ad suum obiectum: sed in obiecto consideratur aliquid, ut formale, & aliquid ut materiale. Formale autē in obiecto est id sicut quod obiectum refertur ad potentia, uel habitum: materiale autem id, in quo hoc fundatur. In quo loquamur de obiecto potentia uisua, obiectum eius formale est color, uel aliquid huiusmodi. Inquinatum enim aliquid coloratum est, in tantum uisibile est ut materiale in obiecto est corpus, cui accidit color. Ex quo patet, quod potentia uel habitus refertur ad formale rōne obiecti per se ad id autem, quod est materiale in obiecto, per accidens. Ergo quæ sunt per accidens, non uariantur, sed solum ea quæ sunt per se. Ideo materialis diuersitas obiecti non diuersificat potentia uel habitum, sed solum formale. Vna est. n. potentia uisua, qua uidemus & audire, & hōies & cælum: quia ista diuersitas obiecti est materialis, & non sicut formale rōne uisibilis, sed gustus differt ab olfactu sicut differentia uaporis & odoris, quæ sunt per se sensibilia. Et hoc est oportet in charitate considerare. Manifestum est, quod aliqui possunt diligere dupliciter. Vno modo, rōne superioris. Alio modo, rōne alterius. Rōne autem superioris aliquem diligimus, quoniam dicitur boni proprii diligimus, ut patet, quia est in se honestus, uel nobis delectabilis, ut uirtus. Rōne autem alterius diligimus aliquem, quoniam diligimus ipsum, quia attinet ad aliquid, quod diligimus. Ex hoc patet, quod diligimus aliquem sicut se, diligimus eos & tam familiares & consanguineos & amicos ipsius, in quantum ei attinet: sed tamen in omnibus illis est una rōne materialis dilectionis, sicut bonum illius, quoniam rōne illius diligimus, & ipsum quodammodo in omnibus diligimus. Sic igitur dicendum, quod charitas diligit Deum rōne superioris, & rōne eius diligit conuersos alios, in quantum ordinatur ad Deū: unde quodammodo Deū diligit in omnibus proximis. Sic enim proximus charitate diligit, quia in eo est Deus, uel ut in eo sit Deus: unum manifestum est, quod est deus habitus charitatis, quo Deū & proximum diligimus, sed si diligemus proximum rōne superioris, & rōne Dei, hoc ad aliam dilectionem pertinet: quæ ta ad dilectionem naturalem, uel politicam, uel ad aliquam aliarum, quam Philo. tangit in 8. Ethic.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod proximus non diligitur nisi ratione Dei, unde ambo sunt unum obiectum dilectionis formaliter loquendo, licet materialiter sint duo.

AD SECUNDUM dicendum, quod amor respiciat bonū, sicut diuersitas boni, est diuersitas amoris. Est autem quoddam bonum proprium alterius hominis, in quantum est singularis personæ. Et quantum ad dilectionem respicientem hoc bonum unumquisque est sibi principale obiectum dilectionis. Est autem quoddam bonum commune quod pertinet ad hunc uel ad illum, in quantum est pars alicuius totius, sicut ad militem, in quantum est pars exercitus, & ad ciuē in quantum est pars ciuitatis. Et quantum ad dilectionem respicientem hoc bonum, principale obiectum dilectionis est illud in quo principaliter illud bonum consistit, sicut bonum exercitus in duce, & bonum ciuitatis in rege, unde ad officium boni militis pertinet, ut et salutare suum negligat, ad conferuandū bonū ducis, sicut etiam homo

Libro 10. in prim. tom. 3.

Comen. 12. circa prim. tom. 5.

Com. 16. t. 2.

Com. 15. t. 3.

Cap. 7. & 8. tom. 3. in 3. scrip. dist. 27. q. 2. nec. 4. lra. 2. q. 29. art. 5.

homo naturaliter ad conseruandum caput, bra-
chium exponit, & hoc modo charitas respicit fi-
cut principale obiectum, bonum diuinum, quod
pertinet ad vnumquemque secundum q̄ esse po-
test particeps beatitudinis: unde ea sola ex charita-
te diligimus quæ nobiscū beatitudinem participa-
re possunt, ut Aug. dicit in lib. de doctri. christia.

AD TERTIVM dicendum, quod Ioannes argu-
mentatur a maiori negando, non q̄ proximus
magis debeat diligere, sed quia magis est in prom-
ptu. ut diligatur, quia homines prioriores sunt ad
diligendum visibilia, quàm inuisibilia.

AD QVARTVM dicendum, q̄ licet cognitū diligat,
tñ nõ sequitur, q̄ magis cognitū magis diligat.
Nõ. n. ea rōne aliquid diligitur, q̄ cognoscit, sed
quia est bonū. unde quod est magis bonū, magis
est diligibile, licet nõ sit magis cognitum, sicut ho-
mo minus diligit aliquem seruum, vel etiã equū
quem in continuo vtu habet, quàm aliquem bon-
num hominem, quem tantum fama cognoscit.

AD QVINTVM dicendum, q̄ charitas respicit ut
formale obiectū, bonū diuinū, sicut dictū est. Q̄
quidē bonū diuersi mode se habet ad ipsum Deū
& ad proximum, & ideo oportet, q̄ habeat diuer-
sum modū circa principale obiectū, & secūdariū.
Vñ circa principale obiectū habet unū modū tñ.

AD SEXTVM dicendum, q̄ præcepta legis sunt de
actibus virtutū, & non de habitibus: vnde ex di-
ueritate præceptorū nõ potest concludi diuersi-
tas habitū, sed diuersitas actū, qui tñ pertinent
ad vnum habitum, propter rationem formalem.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ in proximo hono-
ratur etiam bonum proprium ipsius, & ideo alius
honor debetur proximo, & alius Deo.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ tam dilectio pro-
ximi, quàm dilectio Dei, continetur sub contem-
platiua vita, ut Grego. dicit super Ezechiel. Nam
oratio quæ maxime ad contemplatiuam vitam
pertinere videtur, ad Deum pro proximis fit: sed
tamen principium vite actiue, præcipue est amor
Dei in seipso. Nec tñ sequitur, si charitas est prin-
cipium diuersorum, quod charitas non sit una.

AD NONVM dicendum, q̄ charitas non est vna
continuitate, sed potest dici una indiuisibilitate,
inquantum est vna forma simplex. Non enim di-
citur finita vel infinita secundum quantitatem di-
mensiuam, sed secundum quantitatem virtutis:
sed sic non agimus hic de virtute charitatis, sed
secundum quod est vna ratiōe. Non quidē vna
numero, ut tunica & vestis, sed ratiōe speciei: sicut
Socrates & Plato sunt unum in rōne hois.

AD X. dicendum, quod ratio illa procederet, si
temporale ratiōe sui esset obiectum charitatis,
& non ratiōe æterni, ut dictum est.

AD XI. dicendum, q̄ amicitia perfecta nõ habe-
tur ad multos, ita q̄ ad vnumquemque sit rōne
superflua: sed quanto amicitia est perfectior ad v-
num ratiōe eius, tanto ad plures se potest exten-
dere ratiōe ipsius, & sic charitas, quia perfectissi-
ma amicitia est, ad Deum se extendit, & ad omnes
qui possunt percipere Deum, & nõ solum ad no-
tos, sed etiam ad inimicos.

AD XII. dicendum, q̄ virtus quæ delectabiliter
operatur circa principale obiectum, potest eadē
circa aliquod accessorium, non delectabiliter, sed
sine tristitia operari. & hoc modo charitas delecta-
biliter operatur in principali obiecto, licet dif-
ficultatem patiat in ali quo secūdariū obiecto,
ita ut sufficiat sine tristitia operari.

ARTICVLVS. V.

Virum charitas sit virtus specialis.

QVINTO quaritur, utrū charitas sit virtus spe-
cialis distincta ab alijs virtutibus, vel non. &
videtur q̄ non. Illud. n. quod ponitur in definitio-
ne cuiuslibet virtutis, nõ est virtus specialis, quia
virtus generalis ponitur in definitione cuiuslibet
specialis virtutis: sed charitas ponitur in defini-
tione cuiuslibet virtutis. Dicit. n. Hieron. Vt bre-
uiter eõem definitionē virtutis complectar, Vir-
tus est charitas qua diligimus Deū & proximiū. er-
go charitas nõ ē virtus specialis, ab alijs distincta.

Id habet Au-
gu epist. 29.
a medio to.
2. & teleatur
3. sent. dia. 7.

¶ 2. Præter. Charitas qua diligimus proximiū, nõ est
virtus distincta a charitate, qua diligimus Deum,
quia charitas diligit proximum propter Deū: sed
omnis virtus diligit proximum propter Deum,
ergo nulla virtus distinguitur a charitate.

¶ 3. Præter. Distinctiones habituum attenduntur s̄m
actus virtutū. sed charitas operatur actus omniū
aliarum virtutum: Charitas est patiens, est beni-
gna, ut dicitur 1. ad Corinth. 13. ergo charitas nõ
est virtus ab alijs distincta.

¶ 4. Præter. Bonum est obiectum generale omnium
virtutum: nam virtus est, quæ bonum facit habē-
tem, & opus eius bonum reddit: sed bonum est
obiectum charitatis, ergo charitas est obiectum
generale, & ita est generalis virtus.

¶ 5. Præter. Vna perfectio est vnus perfectibilis: sed
charitas est perfectio multorum perfectibilium. i.
omnium virtutum. ergo non est vna.

¶ 6. Præter. Idē habitus nõ potest esse in diuersis subie-
ctis: sed charitas est in diuersis subiectis. iubemur
enim Deū diligere ex tota mēte: ex tota anima, ex
toto corde, ex tota fortitudine. ergo charitas non
est virtus vna.

¶ 7. Præter. Virtus ad tollēda peccata ordinatur: sed
charitas sufficit ad tollēda omnia peccata, quia
minima charitas resistere potest cuiuslibet tentatio-
ni. ergo charitas facit id, quod est omnium virtu-
tum. & ita non videtur esse virtus specialis.

¶ 8. Præter. unicuique virtuti speciali opponitur aliq̄d
peccatū speciale: sed charitati contrariantur oia
peccata, quia p̄ quodlibet peccatū mortale perdi-
tur charitas. ergo charitas non est virtus specialis.

¶ 9. Præter. Nulla virtus est necessaria, nisi ad recte
operandum: sed sola charitas sufficienter nos di-
rigit ad recte operandum, dicit enim Aug. Habe
charitatem, & fac quicquid vis. ergo præter chari-
tatem non est aliqua alia virtus, & ita non est vir-
tus specialis distincta ab alijs.

¶ 10. Præter. Habitus virtutū necessarii sunt ad hoc,
q̄ homo prompte & delectabiliter operetur. Nul-
lus enim est iustus qui non gaudet iusta opera-
tione, ut dicitur in 1. Ethic. Sed ad omnia propte-
& delectabiliter operanda sufficit charitas, quia di-
cit Aug. in li. de Verbis domini. Oia grauiā, & iu-
mana, facilia, & prope nulla facit amor. ergo præter
charitatē non est necessaria aliqua alia virtus.

Ca. 8. a med.

Sermo. 9. a
med. to. 10.

¶ 11. Præter. Ea quæ sunt distincta ad inuicem, habent
distinctam generationem, & corruptionem: sed
charitas & aliæ virtutes non habent distinctā ge-
nerationē & corruptionē, quia simul cum chari-
tate & infunduntur & perduntur aliæ virtutes. er-
go charitas non est specialis virtus.

¶ 12. Præter. Charitas non est necessaria ad hoc, q̄
homo prompte & delectabiliter operetur. Nul-
lus enim est iustus qui non gaudet iusta opera-
tione, ut dicitur in 1. Ethic. Sed ad omnia propte-
& delectabiliter operanda sufficit charitas, quia di-
cit Aug. in li. de Verbis domini. Oia grauiā, & iu-
mana, facilia, & prope nulla facit amor. ergo præter
charitatē non est necessaria aliqua alia virtus.

¶ 13. Præter. Charitas non est necessaria ad hoc, q̄
homo prompte & delectabiliter operetur. Nul-
lus enim est iustus qui non gaudet iusta opera-
tione, ut dicitur in 1. Ethic. Sed ad omnia propte-
& delectabiliter operanda sufficit charitas, quia di-
cit Aug. in li. de Verbis domini. Oia grauiā, & iu-
mana, facilia, & prope nulla facit amor. ergo præter
charitatē non est necessaria aliqua alia virtus.

In 3. scrip. dī.
27. q. 2. & 3.
2. q. 13. ar. 4.
& de maio.
q. 11. arti. 2.

RESPON. Dicendum, q̄ charitas est quedā virtus
specialis distincta ab alijs virtutibus. Ad cuius cui-
deniam

QVÆST. I. DE CHARITATE, ART. VI.

dentiam considerandum est q̄ quādoq̄-
que aliquis actus dependet a pluribus principiis
secundum ordinem se habentibus, ad perfectio-
nem illius actus requiritur, q̄ quodlibet illorum
principiorum sit perfectū. Si n̄ sit imperfectio in
primo, siue ī medio, uel in ultimo, sequitur actus
imperfectus. Sicut si desit peritia artis artificii, siue
recta dispositio in instrumento, opus sequitur im-
perfectum. & hoc etiā in ipsis potentiis animę cō-
siderari potest. Si n̄ sit recta ratio, quę est motiua
inferiorum potentiarum, & concupiscibilis sit ī-
disposita, operabitur quidem aliquis s̄m rōnem:
sed operatio erit imperfecta, quia habebit impedi-
mentum ex concupiscibili indisposita ad con-
trarium trahente, sicut circa continentem appa-
ret. & ideo præter prudentiam, quę perficit rōnē,
necesse est ad hoc, q̄ homo recte se habeat circa
concupiscibilia, q̄ habeat temperantiam ad hoc,
q̄ prompte operetur & sine impedimento, & si-
cut est in diuersis potentiis, quarum una mouet
aliam, idem est etiā cōsiderare s̄m diuersa obie-
cta, quorum unū ordinatur ad alterum, sicut ad
finem, una enim & eadem potentia s̄m q̄ est fi-
nis, non solum aliam potentiam, sed etiā seipsam
mouet in ea, quę sunt ad finem. & ideo ad rectā
operationem aliquē non solum oportet bene di-
spositum esse ad finem: sed etiā bene dispositū
ad ea quę sunt ad finem, alias sequitur operatio
impedita, ut patet in eo qui bene est dispositus ad
bene appetendā sanitatē: sed male est dispositus ad
sumendum ea, quę sunt sanatiua. & sic manifestū
est, quōd cum per charitatem homo disponatur
ut bene se habeat ad ultimum finem, necesse est,
ut habeat alias virtutes, quibus bene disponatur
ad ea quę sunt ad finem. Est ergo charitas alia ab
his, quę ordinantur ad ea, quę sunt ad finē: licet
illa quę ordinantur ad finem sit principalior, &
architectonica respectu earum, quę ordinantur
in ea quę sunt ad finem, sicut medicinalis respec-
tu pigmentaria, & militaris respectu equestris.
unde manifestum sit, quōd necesse est, charitatē
esse quandam virtutem specialem distinctam ab
aliis virtutibus: sed principalem & motiuam res-
pectu earum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd illa definitio
datur per causam, in quantum charitas est
causa motiua omnium aliarum uirtutum.

Art. præced.

AD SECVNDVM dicendum est, quōd charitas in
diligendo proximum habet Deum ut rationem
formalem obiecti, & nō solum ut finem ultimū,
ut ex supradictis patet: sed alię uirtutes habent Deū
non ut rationem formalem obiecti: sed ut ultimū
finem, & ideo cum dicitur, quōd charitas diligit
proximum propter Deum, illud, propter, denotat
non solum causam materialem, sed quodammodo
de formalem. Cum autem dicitur de aliis uirtuti-
bus, quōd operantur propter Deum, illud propter
denotat causam finalem tantum.

AD TERTIVM dicendū, q̄ charitas nō producit
actus aliarū uirtutū elicitiue: sed imperatiue s̄m.
Elicit. n. uirtus illos actus tantū, qui sunt secundū
rationē proprię forme, sicut iustitia, recte facere,
& temperantia temperanter: sed imperare dicitur
omnes actus, quos ad finem suum aduocat.

AD QVARTVM dicendū, q̄ bonum cōde non est
obiectum charitatis: sed summum bonū. & ideo
non sequitur, quōd charitas sit generalis uirtus:
sed quōd sit summa uirtutum.

AD V. dicendū, q̄ charitas non est perfectio in-

trinsecā aliarum uirtutū: sed extrinsecā, ut supra
dictum est, unde ratio non sequitur.

AD SEXTVM dicendum, quōd charitas est
cut in subiecto, in vna tantum potētia, scilicet in
uoluntate, quę per imperium mouet alias poten-
tias, & secundum hoc Deū iubemur ex tota mē-
& anima diligere, ut oēs vires anime uolūtę ad
nocentur in obsequium diuini amoris.

AD SEPTIMVM dicendum, quōd charitas im-
perat aliarum uirtutum actus, ita per modum im-
perij excludit peccata eis contraria, & secundum
hunc modum charitas resistit tentationibus: sed
tamen necesse est, esse alias uirtutes, quę ad
& elicitiue peccata excludant.

AD OCTAVVM dicendū est, q̄ sicut actus aliarū
uirtutū ordinantur ad finē quod est obiectū chari-
tatis, ita & peccata, quę sunt cōtra alias uirtutes,
habent oppositionē ad finē, qui est obiectū chari-
tatis, & ex hoc contingit, q̄ contraria aliarū uir-
tutum, scilicet peccata charitatem expellant.

AD NONVM dicendum, q̄ licet charitas suffi-
cienter per modum imperij in omnibus nos diri-
gat, quę ad rectam vitam pertinent: tamē requi-
runtur alię uirtutes quę elicendo actus excipi-
tur imperium charitatis ad hoc, q̄ homo prom-
pte, & sine impedimento operetur.

AD X. dicendū, q̄ cōtingit aliquid esse propter
finē, quod tamen s̄m se est difficile & tritū, sicut
cum aliquis accipit medicinam amarā bibere
propter sanitatem, licet in ipsa sumptione multū
ast ligatur. Charitas igitur facit omnia esse delecta-
bilia ex fine: sed requiruntur alię uirtutes quę fa-
ciant ea quę sunt uirtuosa, secundum se delecta-
bilia ad hoc, quōd facilius operentur.

AD XI. dicendū, q̄ charitas simul habet gene-
rationem cum alijs uirtutibus, non quā sit indis-
tincta ab alijs: sed quia Dei perfecta sunt opera,
unde infundens charitatem simul infundit om-
nia illa, quę sunt necessaria ad salutem. Com-
pitur autē simul cum omnibus uirtutibus, quia
quęcumque contrariantur alijs uirtutibus, con-
trariantur charitati, ut dictum est.

ARTICVLVS VI.

Utrum charitas possit esse cum peccato mortali.

SEXTO queritur, utrum charitas possit esse cum
peccato mortali. Et v̄ q̄ sic. Dicitur. Orig. in
Periarchon. Non arbitror, q̄ aliquis ex his, qui in
summo perfectioq̄; perstiterunt gradu ad libitū
eualetur ac decidat, sed per partes & paulatim
cum disfluere necesse est. Subito autē aliquis cum
mittit peccatum mortale per solum consensum.
ergo qui est in perfecto statu per charitatem nō
decidit a charitate per vnum actum peccati mor-
talis. & sic charitas pōt esse cū peccato mortali.

¶ 2 Præt. Bernar. dicit, q̄ charitas in Petro, quā-
do Christū negauit, non fuit extincta, sed sopita.
sed Petrus negando Christū peccauit mortaliter.
ergo charitas pōt remanere cū peccato mortali.

¶ 3 Præt. Charitas est fortior, q̄ habitus uirtutis
moralis: sed habitus uirtutis nō tollitur per vnum
actum uiciosum, cū nō per vnum actum generatur.
Ex eis dē. n. cōtrario mō factis generatur uirtus de
corrūpi, ut d̄ in 2. Eth. ergo multo minus habitus
charitatis tollit per vnum peccatum mortale.

¶ 4 Præt. Vnū vni opponitur: sed charitas est vna
uirtus specialis, ut ostensum est: ergo sibi opponi-
tur vnū uitiū speciale. Non ergo per alia peccata
mortalia tollitur. & sic videtur, q̄ possit peccata
mortalia simul esse cum charitate. ¶ 5 Præt.

¶ 5 Prat. Opposita nõ se expellunt, nisi circa idem A subiectum: sed quedam peccata nõ sunt in eodem subiecto cum charitate. Nam charitas est in superiori parte rationis quæ conuertitur ad Deum: potest autẽ peccatum mortale esse etiam in inferiori parte rationis, vt dicit August. in lib. de Trinit. ergo nõ omne peccatum mortale excludit charitatem.

¶ 6 Prat. Illud quod est fortissimum, nõ potest expelli a debilissimo: sed charitas est fortissima. Fortis enim est vt mors dilectio, vt dicitur Cantic. 8. peccatum autem est debilissimum, quia malum est infirmum & impotens, vt Diony. dicit 4. c. de diu. nomi. ergo peccatum mortale non expellit charitatem, & sic potest esse simul cum ea.

¶ 7 Prat. Habitus secundum actus cognoscuntur: sed actus charitatis potest esse cõ peccato mortali: homo enim peccans diligit Deum & proximum. ergo charitas potest esse cum peccato mortali.

¶ 8 Prat. Charitas præcipue facit delectari in contemplatione Dei: sed delectationi, quæ est in considerando, nihil est contrarium, vt dicit Philof. in 1. Topic. ergo charitati nihil est contrarium, & ita non potest expelli per peccatum mortale.

¶ 9 Prat. Vniuersale mouens potest impediri in vno mobili, & non impediri in alio: sed charitas est vniuersalis motor omnium virtutum, vt supra dictum est. ergo non oportet quod sic impediatur in vna virtute in quantum alias mouet. potest igitur cum peccato opposito temperantia charitas remanere, prout est motiua aliarum virtutum.

¶ 10 Prat. Sicut charitas habet Deum pro obiecto, ita fides & spes: sed fides, & spes possunt esse informes. ergo eadem ratione & charitas, & sic potest esse cum peccato mortali.

¶ 11 Prat. Omne illud quod non habet perfectionem, quam natum est habere, est informe: sed charitas non habet perfectionem hic in via quam nata est habere in patria. ergo est informis, & sic videtur quod possit esse cum peccato mortali.

¶ 12 Prat. Habitus cognoscuntur per actus: sed aliqui actus habentium charitatem possunt esse imperfecti. Nam multoties aliqui charitatẽ habentes mouentur aliquo motu impatientie, vel inanis glorie. ergo & habitum charitatis contingit esse imperfectum & informem: & sic videtur quod cum charitate possit esse peccatum mortale.

¶ 13 Prat. Sicut virtuti opponitur peccatum, ita ignorantia opponitur scientia: sed non qualibet ignorantia tollit totam scientiam. ergo nec quodlibet peccatum mortale tollit totam virtutẽ. vnde cum charitas sit radix virtutum, non videtur, quod quodlibet peccatum mortale tollat charitatem.

¶ 14 Prat. Charitas est amor Dei: sed manente amore ad rem aliquam, aliquis propter incontinentiam operatur cõtra illam, sicut aliquis amans seipsum cõtra bonum suum agit per incontinentiam. & similiter aliquis amans aliquam communitatem, contra eam agit propter incontinentiam, vt Philof. dicit in 5. Politic. ergo aliquis potest peccando contra Deum agere, manente charitate.

¶ 15 Prat. Aliquis habet se bene in vniuersali qui tamen deficit in particulari, sicut incontinens rectam rationẽ habet circa vniuersalia, vt pote quod fornicari est malũ: & tamen in singulari eligit nũc fornicari vt bonum, vt dicit Philof. in 6. Ethic. sed charitas facit hominem bene se hẽre circa vniuersalẽ finẽ. ergo manẽte charitate potest aliquis peccare

circu aliquod particulare, & sic charitas potest esse cum peccato mortali.

¶ 16 Prat. Cõtraria sunt in eodẽ genere: sed peccatum est in genere actus, quia peccatum est dictũ vel factũ vel cõcupitũ cõtra legẽ Dei, charitas autẽ est in genere habitus. ergo peccatum nõ triatur charitati, & sic non expellit ipsam. potest ergo simul esse cum ea.

SED CONTRA est, quod dicitur Sapient. 1. Spiritus sanctus disciplina effugiet fictum, & auertet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripitur. i. expellerur a superueniẽte iniquitate: sed Spiritus sanctus est in homine quandiu habet charitatẽ, quia per charitatẽ habitat in nobis spiritus Dei. ergo a superueniente iniquitate expellitur charitas. & sic nõ potest esse simul cum peccato mortali.

¶ 2 Prat. Quicumque habet charitatem, dignus est vita æterna, sicut illud Apost. 2. Timo. vlt. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex: non solum autẽ mihi, sed & his, qui diligunt aduentũ eius. Quicũq; autẽ peccat mortaliter, dignus est poena æterna, sicut illud Ro. 6. Stripẽdia peccati mors: sed aliquis nõ potest esse simul dignus vita æterna, & poena æterna. ergo nõ potest simul charitas cõ peccato mortali haberi.

RESPON. Dicendũ, quod charitas nullo modo potest simul esse cõ peccato mortali. Ad cuius euidentia primo cõsiderandum est, quod omne peccatum mortale directe opponit charitati. Quicũq; n. prælegit aliquid alteri, illud quod peligit magis amat: vnde quia homo magis amat propria viã, & sui cõsistentiam, quã voluptatẽ, quãtũcũq; sit magna voluptas, homo retraheret ab ea, si eam existimaret esse suã viã infal libiliter peremptiã. pp̃ quã dicit Aug. in lib. 83. Quæstionũ. quod nemo est, qui non magis dolorẽ meruat, quã appetat voluptatẽ: quãdo quidẽ videmus etiã immanissimas bestias a maximis voluptatibus abstinere, dolorũ metu. Ex hoc autẽ aliquis mortaliter peccat, quod aliquid magis eligit quam viuere sicut Deũ, & ei inherere. vñ manifestum est, quod quicũq; mortaliter peccat, ex hoc ipso magis amat aliud bonũ, quã Deũ. Si igitur amaret magis Deũ peligeret viuere sicut Deũ, quã quocũq; tẽporali bono potiri: hoc autẽ est de ratione charitatis, quod Deus super oĩa diligatur, vt ex superioribus patet: vnde omne peccatum mortale charitati cõtrariatur. Charitas. n. hominibus a Deo infunditur. Quæ autẽ ex infusione diuina causantur, non solum indigẽt actione diuina in sui principio, vt esse incipiãt, sed in tota sui duratione, vt cõseruetur in eis: sicut illuminatio aeris indiget p̃sentia solis, nõ solum cõ primo aer illuminat: sed quandiu illuminatus manet. & pp̃ hoc, si aliquid obstatũ interponat interceptes directũ aspectũ ad solẽ, desinit esse lumen in aere. & similiter quã peccatum mortale aduenit, quod impedit directũ aspectũ aĩã ad Deũ, per hoc quod aliquid aliud p̃fert Deo, interceptis influxus charitatis, & desinit esse charitas in homine, sicut illud Ier. 19. Peccata nostra diuiserunt inter nos, & Deũ nostrum: sed cõ rursus mēs hominis redit, vt redẽi Deũ aspiciat, eũ sup̃ oĩa diligendo (quod tamen sine diuina gratia esse nõ potest) uerato ad statũ charitatis redit.

AD PRIMUM ergo dicẽdum, quod verbũ Origenis non sic est intelligendum, quod homo peccans mortaliter, quantũcũq; perfectus, non subito charitatẽ amittat: sed quia non contingit de facili, quod homo perfectus statim a principio mortaliter peccet, sed per negligentia, & diuersa peccata venalia disponitur, vt tandem labatur in peccatum mortale.

Quæst. dicitur Tho. LL AD

Nõ multum remoueat ante finem.

Ar. 2. huius quæst.

2. 2. q. 24. ar. 12. Et 3. c. 1. dist. 31. q. 1. art. 1. Et de malo. quæst. 7. ar. 1.

Quæst. 16. inter princ. & med. 10. q.

Ar. 9. præ. arg. 5. & in resp.

AD SECUNDVM dicēdū, q̄ verbū Bernar. nō v̄r̄ sū
stinēdū, nisi intelligatur charitas in Petro nō fuisse
extincta, q̄ cito resurrexit. Ea enim quæ parum di
stant, quāsi nihil distare videntur, vt d̄r̄ in 2. Phyl.

Com. 36.

AD TERTIVM dicendum, q̄ virtus moralis, quæ
acquiritur ex actibus, cōsistit in inclinatione poten
tiæ ad actum. Quæ quidē inclinatio non tollitur to
taliter per vnum actum: sed influenza charitatis a
Deo intercipitur per vnum actum. Et ideo vnus
actus peccati tollit charitatem.

AD QVARTVM dicendum, q̄ charitatis oppositū
generale est odium: sed indirecte omnia peccata
charitati opponuntur, in quantum pertinet ad Dei
contemptum, qui est super omnia diligendus.

AD QVINTVM dicendum, q̄ superior rō, in qua
est charitas, mouet inferiorem, vnde peccatum in
quantum in inferiori parte opponitur motui cha
ritatis, charitatem excludit. Vel dicendum, q̄ pec
catum mortale non est sine consensu, qui attribuit
superiori parti rationis in qua est charitas.

AD SEXTVM dicēdū, q̄ peccatum nō expellit cha
ritatem ex sua virtute: sed ex eo, q̄ homo volunta
rie se peccato subijcit.

AD SEPTIMVM dicēdū, q̄ hō qui peccat mortali
ter, non diligit Deū super omnia, sicut diligendus
est ex charitate: sed est aliqd aliud, qd̄ præfert amo
ri Dei, propter quod Dei mandatum contemnit.

AD OCTAVVM dicēdū, q̄ delectatio, quæ est in cō
siderādo, nō habet cōtrariū in eodē genere, vt. s.
aliqua alia consideratio sit ei contraria: & hoc ideo
q̄ species cōtrariorum in intellectu non sunt con
trariæ, vñ delectationi quæ est in considerando al
bū, contrariatur delectatio, quæ est in consideran
do nigrū. Sed quia actus volūtatis cōsistit in motu
aīæ ad rē, sicut res in seipsis sunt contrariæ: ita mo
tus voluntatis in cōtraria sunt cōtrarij. Desideriū. n.
dulcis contrariatur desiderio amari. Et fm̄ hoc amor
Dei contrariatur amori peccati, quod excludit a
Deo. Cōsideratio autē in qua non est cōtrarietas,
nō est proprius actus charitatis, qui ab ipsa elicitur:
sed solum ab ipsa imperatur, quasi eius effectus.

AD NONVM dicēdū, q̄ charitas, quæ est vniuersā
lis motor virtutū, cū impedit in his, quæ pertinent
ad vnā virtutem, per peccatū mortale impeditur in
suo vniuersali obiecto. Et ob hoc vniuersaliter in
oībus impedit. Nō est autē sic cum vniuersale mobi
le sic impeditur in particulari effectu, q̄ nō impedi
tur in his, quæ pertinent ad vniuersalem virtutem.

AD X. dicēdū, q̄ licet spes, & fides habeāt Deum
pro obiecto, nō tamen eis competit, q̄ sint forma
aliarum virtutum, sicut competit charitati ratione
supradicta. Et ideo licet charitas non sit informis,
spes tamen, & fides esse possunt informes.

Art. 3. huius
quærit.

AD XI. dicēdū, q̄ nō facit virtutem informē de
fectus cuiuscumque perfectionis: sed ille tantū de
fectus, qui tollit ordinem vltimi finis. Qui quidem
ordo existit in charitate vix, licet charitas vix non
habeat perfectionem partæ, quæ est secundū fru
itionem propriam, & perfectam.

AD XII. dicēdū, q̄ actus imperfecti possunt esse ha
bētis charitatē, sed nō sunt charitatis. Non. n. qlibet
actus agētis est actus cuiuslibet formæ in agēte exi
stētis, & p̄cipue in rationali natura, quæ habet liber
tatem ad hoc, q̄ vtatur habitu in ea existente.

AD XIII. dicēdū, q̄ licet nō qualibet ignorātia
propriorum principiorum excludat scientiā, tamē
ignorātia principiorum cōmuniū tollit scientiā.

Eis enim ignoratis necesse est ignorare artem, vt
dicitur in 1. Elencho. vltimus autem finis se habet
sicut principium communissimum. Et ideo huius
deordinatio ab vltimo sine per peccatum morta
le, tollit totaliter charitatem: nō autē qualibet deor
dinatio particularis, vt patet in peccatis venialibus.

AD XIII. dicendum, q̄ quicumq; per incontīnē
tiā agit contra bonum quod amat, existimat bonū
non totaliter perdi per hoc, q̄ incontīnenter agit. Si
enim aliq; amans ciuitatē aliquam vel propriam
poris salutē, existimaret se amittere horū peccata
p̄ hoc q̄ agit, vel totaliter abstineret, vel illud quod
ageret plus diligeret, quā propriā salutem vel ci
uitatis. vnde cum aliquis sciens se amittere Deum
per peccatum mortale, quod est scire se peccare
mortaliter, nihilominus hoc incontīnenter agit,
conuincitur plus amare quod agit, quā Deum.

AD XV. dicendum, q̄ charitas non solum requi
rit hoc haberi in vniuersali acceptione, q̄ Deus sit
super omnia diligendus: sed quod etiam in hoc
actus electionis & voluntatis tendat, sicut in quod
dam aliud particulare eligibile. Et hac particula
ris electio excluditur per electionem contrariā, si
licet peccati excludentis a Deo.

AD XVI. dicēdū, q̄ licet actus directe cōtrariatur
actibus: sicut & habitus habitibus, tñ indirecte cōtrariatur
actus cōtrariatur habitibus fm̄ cōformitatē, quā
habēt cōtrarijs habitibus. Nā similes actus ex simi
libus habitibus generantur, & similes et actus cau
sant: licet non omnes habitus causentur ex actibus.

ARTICVLVS VII.
Vtrum obiectum diligibile ex charitate
sit rationalis natura.

SEPTIMO queritur, vtrū obiectū diligibile ex cha
ritate sit rōnalis natura. Et v̄r̄ q̄ nō, q̄ p̄ quod
vnum quodq; & illud magis. Sed homo ex charitate
diligitur pp̄ virtutem & pp̄ beatitudinem. ergo
virtus & beatitudo, quæ nō sunt creaturæ rōnales,
sunt magis ex charitate diligendæ. Et sic creatura
rationalis non est proprium obiectum charitatis.

¶ 2 Præ. Per charitatem maxime conformatur
Deo in diligendo: sed Deus diligit omnia que sunt
vt dicitur Sapientia 11. ex charitate diligendo sep
sum qui est charitas. ergo omnia sunt diligenda ex
charitate, & non solum rationalis natura.

¶ 3 Præ. Origen. dicit sup Cantica, q̄ vnū est dilige
re Deū & q̄cūq; bona. Sed Deus diligitur ex chari
tate. ergo cū oēs creaturæ sint bonæ, oēs sunt dilige
ndæ ex charitate, & nō solum rationalis natura.

¶ 4 Præ. Sola dilectio charitatis est meritoria: sed
in dilectione cuiuslibet rei possimus mereri. ergo
quamlibet rem possimus diligere ex charitate.

¶ 5 Præ. Deus ex charitate diligitur. ergo oportet
magis ex charitate diligi, quod ab eo maxime dilige
gitur. Sed inter omnia creata maxime diligitur
Deo bonum vniuersū, in quo omnia comprehen
duntur. ergo omnia sunt ex charitate diligenda.

¶ 6 Præ. Diligere magis pertinet ad charitatem
quam credere: sed charitas omnia credit, vt dicitur
1. ad Corint. 12. ergo multo magis omnia diligit.

¶ 7 Præ. Natura rationalis perfectissime inuenitur
in Deo. Si igitur natura rationalis sit obiectum cha
ritatis: oportet quod Deum ex charitate dilige
remus: sed hoc videtur esse impossibile, quia amor
charitatis est amor perfectus. Deinde quia Deum
perfecte in hac vita diligere non possumus, quia
in hac vita, ipsum perfecte non cognoscimus.
Non

Non enim cognoscimus de Deo qd est: sed solum qd nō est. Dilectio autē præsūponit cognitionē, cū nihil deligatur nisi cognitū. ergo rōnalis vel intellectualis natura, nō est p̄priū obiectū charitatis.

¶ 8 Præt. Plus distat ab homine Deus, quā qualibet alia creatura. Si ergo aliquas creaturas non diligimus ex charitate, multo minus Deum ex charitate diligere possumus.

¶ 9 Præt. In Angelis ē est intellectualis natura: sed Angeli non sunt ex charitate diligendi, vt v̄. ergo intellectualis natura nō est p̄priū obiectum charitatis. probatio mediā. Amicitia in aliqua cōiunctione vitę cōsistit, nā coniuere est p̄priū amicum fm̄ Philof. in lib. Ethic. Sed non v̄ esse aliquid cōmunicatio vitę nobis & angelis. Non. n. cōmunicamus in vita naturę cum angelis, cū sint multo p̄stantioris naturę, q̄ homo. Neq; iterum in vita glorię, quia dona gratię & glorię cantur a Deo fm̄ virtutem recipientis, fm̄ illud Marth. 24. Dedit vnicuiq; fm̄ propriam virtutem. virtus autem angeli est multo maior, quā hoīs. ergo angeli non communicant in aliqua vitā cum hominibus.

¶ 10 Præt. Natura rōnalis inuenitur ē in ipso hoīe ex charitate diligente: sed homo seipsum non debet ex charitate diligere, vt v̄. ergo charitatis obiectum non est rōnalis natura. probatio mediā. De actibus virtutum dantur p̄cepta legis: sed nō datur aliquid p̄ceptum legis de hoc, qd aliquis diligat seipsum. ergo diligere non est actus charitatis.

¶ 11 Præt. Greg. dicit in quadam Homil. qd charitas minus quā inter duos haberi non potest. non potest ergo quis seipsum ex charitate diligere.

¶ 12 Præt. Sicut iustitia consistit in cōmunicacione, ita & amicitia fm̄ Philof. in 4. Ethico. sed iustitia p̄prie loquendo non est hoīs ad seipsum, vt d̄ in 5. Ethico. ergo neque amicitia. & ita neque charitas.

¶ 13 Præt. Nihil quod cōpuratur in vitium, est actus charitatis: sed amare seipsum computatur hoī in vitium, fm̄ illud 2. Timot. 3. Instabant tempora periculosa, & erunt hoīs seipios amantes. ergo diligere seipsum non est actus charitatis, & ita natura rōnalis non est proprium obiectum charitatis.

¶ 14 Præt. Corpus humanum est pars rōnalis naturę. humana: sed corpus humanum non v̄ esse diligendum ex charitate, qd fm̄ Philof. in 9. Ethic. vituperantur qd amant seipios, fm̄ exteriorē naturā. ergo natura rōnalis non est obiectum charitatis.

¶ 15 Præt. Nullus habēs charitatē refugit illud qd ex charitate diligit: sed sancti habēt charitatē refugunt corpus, secundum illud Rom. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et sic corpus nō est diligendum ex charitate, & sic idē quod prius.

¶ 16 Præt. Nullus tenetur ad implendum, quod non potest scire: sed nullus potest scire se habere charitatem. ergo nullus tenetur ad diligendum creaturam rationalem ex charitate.

¶ 17 Præt. Cum dicitur, creatura rōnalis diligitur ex charitate, hęc p̄positio, Ex, designat habitudinē alicuius causę: sed nō pōt designare habitudinē causę materialis, qd charitas non est aliquid materiale, sed spirituale. Neq; iterū habitudinē causę finalis, qd finis diligendi ex charitate, est Deus, non autē charitas. Similiter ē neq; habitudinē causę efficientis, qd Spiritus sanctus est qui nos ad diligendum mouet secundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qd datur est nobis. Neq; iterū habitudinē causę forma-

lis, quia charitas nec est forma intrinseca, cum nō sit de essentia rei; neque est forma extrinseca exemplaris, quia sic omnia quę diliguntur ex charitate traherentur in speciem charitatis, sicut exemplata trahuntur ad speciem exemplaris. ergo creaturę rōnales non sunt diligendę ex charitate.

¶ 18 Præt. Aug. dicit in 1. de doctr. christia. qd proximus est ille a quo nobis beneficiū impēditur: sed a Deo nobis beneficia impēdunt. ergo Deus est proximus nobis. & ita in cōueniēter ponitur ab Aug. Deus aliud diligibile ex charitate, & aliud proximus.

¶ 9 Præt. Cū Ch̄sus sit mediator inter Deū, & hominē, v̄ qd debeat poni aliud diligibile, quā Deus, & quā proximus, & sic sunt quinque in charitate diligibilia, & non tantum quatuor, vt August. dicit.

SED CONTRA est, qd d̄r Leuit. 19. Diliges proximum tuum sicut teipsum. gl. proximum nō tantū p̄pinqritate sanguinis: sed locierate rōnis. ergo fm̄ qd aliquid habet societatem nobiscum in natura rationali, sic est diligibile ex charitate. Natura ergo rationalis est obiectum charitatis.

RESPON. Dicendum, qd cum queritur de his, quę subijciunt actū alicuius potētia, vel habitus, oportet cōsiderare formale rōnem obiecti illius potētia, vel habitus. secundum enim, qd aliqua se habēt ad illā rōnem, sic se habēt ad hoc, qd subijciantur illi potētia, vel habitui, sicut visibilia, secundum qd se habent ad rōnem visibilis, secundum eandem rationem habent visibilia, qd sint visibilia per se, vel p̄ accidens. Cum autem amoris vniuersaliter sumpti obiectum sit bonum cōiter sumptum, necesse est, qd cuiuslibet specialis amoris sit aliquod spirituale bonum obiectum: sicut amicitie naturalis, quę est ad cōsanguineos, proprium obiectum est bonum naturale, secundū qd trahitur a parentibus. In amicitia autem politica obiectum est bonum ciuitatis, vnde & charitas habet quoddā sp̄ale bonū, vt proprium obiectum. s. bonum beatitudinis diuinę, vt supra dictum est. Secundum igitur, qd aliqua se habēt ad hoc bonum, sic se habēt ad hoc, qd sint diligibilia ex charitate. sed cōsiderandum est, qd cum amare sit velle bonū alicui, dupliciter dicitur aliquid amari, aut sicut id cui volumus bonum, aut sicut bonū quod volumus alicui. Primo ergo modo, illa tantum possunt ex charitate amari, quibus possumus velle bonū beatitudinis aternę: hęc autē sunt, quę nata sunt hmōi bonum habere. vnde cum sola intellectualis natura sit nata habere bonum beatitudinis aternę, sola intellectualis natura est ex charitate diligibilis, fm̄ qd diligi dicuntur ea quibus volumus bonum. & propter hoc, fm̄ qd diuersimode aliqua possunt habere beatitudinē aternā, fm̄ hoc distinguuntur ab Aug. quatuor diligēda ex charitate. Est. n. aliquid habens beatitudinē aternā per suā essentia, & hoc est Deus, & aliquid habēs per participationē, & hoc est creatura rōnalis, tam illa quę diligit qd alię creaturę, quę ei associari possunt in participatione beatitudinis. Aliquid autē est ad qd pertinet habere beatitudinē aternā, per solā redundantiam quādā, sicut corpus nostrum, qd glorificatur p̄ redundantia glorię ab aīa in ipsum. vnde diligendus est ex charitate Deus, vt radix beatitudinis: quilibet autē homo debet seipsum ex charitate diligere, vt participet beatitudinē proximum autē, vt lociū in participatione beatitudinis: corpus autē proprium fm̄, qd ad ipsum, redundat beatitudo. secūdo vero modo, prout s. dicuntur diligi illa bona, quę volumus

Ca. 10. ro. 4.

Glo. Et sumitur ex Aug. in epist. 53. inter mediū, & an. to. 2.

Ar. 4. hinc quād.

De doctr. christ. c. 22. tom. 1.

Quest. dist. S. Tho. LL 2 alijs

Lib. 2. c. 19.

Homil. 17. in Euang. a prin. 5. Ethic. c. viii.

9. Ethic. c. 1.

alijs, diligi possunt ex charitate oia bona, inquantū sunt qdā bona eorū, q̄ possunt habere beatitudinē. Oēs. n. creaturæ sunt homini via ad tēdēdū in beatitudinē, & iterū oēs creaturæ ordinātur ad gloriam Dei, inquantū in eis diuina bonitas manifestat. Nūc igit̄ oia ex charitate diligere possunt, ordinādo tñ ea ī illa, q̄ beatitudinē habēt vel habere possunt. Cōsiderādū ēt est, q̄ sic se hñt dilectiones adinūicē, sicut & bona, q̄ sunt earū obiecta. vñ cum oia bona humana ordinēt in beatitudinē aternā, sicut ī vltimū finē, dilectio charitatis sub se cōprehendit oēs dilectiones humanas, nisi tñ illas, q̄ fundantur sup peccatum, qd nō est ordinabile in beatitudinē. vñ q̄ aliq̄ cōsanguinei diligāt se inuicē, vel aliq̄ conciuēs, vel simul peregrinātes, vel q̄ cūq; tales, pōt esse meritorij, & ex charitate. Sed q̄ aliq̄ amēt se inuicē pp cōiocationem in rapina, vel adulterio, hoc non potest esse meritorium, neque ex charitate.

Ad PRIMVM ergo dicendū, q̄ virtutem, & beatitudinē diligimus ex charitate, inquantum hoc volumus his, quibus competit habere beatitudinem.

Ad SECUNDVM dicendū, q̄ Deus diligit oia ex charitate, nō ita q̄ velit eis beatitudinē: sed ordinās ea ad seipsū, & ad alia, q̄ beatitudinē habere possunt.

Ad TERTIVM dicendū, q̄ oia bona sunt in Deo sicut in primo principio. Et sic Origē. intellexit, q̄ vñum est diligere Deum, & quacūque bona.

Ad QVARTVM dicendū, q̄ oia diligere possimus meritorie ordinādo ea in illa, q̄ sunt capacia beatitudinis: non autem volendo eis beatitudinem.

Ad QVINTVM dicendū, q̄ in bono vniuersi, sicut principium cōtinetur rōnalis natura, quæ est capax beatitudinis, ad quā oēs alia creaturæ ordinantur. Et secundum hoc competit, & Deo, & nobis bonū vniuersū maxime ex charitate diligere.

Ad SEXTVM dicendū, q̄ sicut charitas credit omnia credibilia ita diligit omnia, secundū q̄ sunt ex charitate diligibilia.

Ad SEPTIMVM dicendū, q̄ Deum non possumus hic illa perfectione diligere, qua diligemus eū in patria per essentiam videntes.

Ad OCTAVVM dicendū, q̄ distātia creaturā aliquarum nō est causā, cur non diligatur ex charitate: sed quia non sunt capaces beatitudinis.

Ad NONVM dicendū, q̄ Angeli nō cōiucant nobiscū in vita naturæ, quātū ad spēm, sed solum quātū ad genus rōnalis naturæ: sed possumus cum eis cōiucare in vita gloriæ. Quod autē dicitur, Dedit vnicui que sūm propriam virtutem, nō est referendum tantum ad virtutē naturæ: erroneū est enim dicere, q̄ dona gratiæ, & gloriæ dentur secundum mensurā naturalium: sed intelligenda est virtus, quæ est etiam per gratiam, per quam datur hominibus, vt possint mereri æqualem gloriam Angelis.

Ad X. dicendū, q̄ lex scripta data est in auxiliū legis naturæ, quæ erat obreuebrata per peccatum. Nō autē erat sic obreuebrata, quin moueret ad diligendum ad hoc, q̄ hō diligeret seipsū, & corpus suū: sed erat obreuebrata quātū ad hoc, q̄ nō mouebat in dilectionē Dei, & pximi. It̄ ideo in lege scripta danda fuerunt pcepta de dilectione Dei, & pximi. In qbus tñ cōprehenditur etiam, q̄ aliquis diligit seipsū: quia cum inducimur ad diligendum Deum, inducimur ad desiderandum Deū, per qd maxime nos ipsos amamus, volentes nobis sūmum bonum. In pcepto autem de dilectione pximi dicitur. Diliges proximum tuum sicut teip-

sum, in quo includitur dilectio sui ipsius.

Ad XI. dicendū, q̄ licet amicitia non possit haberi ad seipsū proprie loquēdo, tamen amor ad seipsū habetur, vt enim dicitur in 9. Ethic. amicabilia quæ sunt ad alterum, venerunt ex amicabili bus quæ sunt ad seipsū. Secundum vero q̄ charitas significat amorem, sic aliquis seipsū ex charitate diligere potest. Sed Greg. loquitur de charitate, secundum quod includit rationem amicitie.

Ad XII. dicendū, q̄ licet amicitia sit cōiocatione ad alterum, sicut & iustitia, tñ amor nō de necessitate est ad alterum, q̄ sufficit ad rationē cōiocatione.

Ad XIII. dicendū, q̄ amātes seipsos vituperant, in quātū plus debito seipsos diligunt, quod qdē nō cōtingit quātū ad bona spiritalia, quia nullus potest nisi amare virtutes: sed quātū ad bona exteriora & corporalia potest aliquis nimis amare seipsū.

Ad XIV. dicendū, q̄ nō quicūq; amat seipsū secundum exteriorē naturam culpatur: sed qui exteriora bona quærit vltra modum virtutis. Et sic ex charitate corpus nostrum diligere possumus.

Ad XV. dicendū, q̄ charitas non refugit corpus, sed corporis corruptionem, inquantum corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, vt dicitur Sapientia 9. Et propter hoc Apostolus significanter dixit de corpore mortis huius.

Ad XVI. dicendū, q̄ ex hoc, q̄ homo nō cōtinet se hēre charitatē, non sequitur, q̄ non possit ex charitate diligere: sed q̄ non possit iudicare, an ex charitate diligit. vnde a nobis requirit q̄ ex charitate diligamus, nō autē q̄ iudicemus nos ex charitate diligere, vnde Apof. dicit 1. Corin. 4. Neque me ipsum iudicō, sed qui iudicat me dominus est.

Ad XVII. dicendū, q̄ cum dī aliq̄s diligit proximum ex charitate, hæc p̄positio, Ex pōt diligere habitudinē causæ finalis, efficiētis, & formalis. Finalis qdē inquantū dilectio pximi ordinatur ad dilectionē Dei, sicut ad finem, vnde dī 1. ad Timoth. Finis p̄cepti est charitas, q̄, dilectio Dei est finis obseruationis p̄ceptorum: in habitudine autem causæ efficiētis, inquantum charitas est habitus inclinans ad diligendum, sic se habens ad actum dilectionis, sicut calor ad calefactionem: in habitudine autem causæ formalis, inquantum actus recipit speciem ab habitu, sicut & calefactio a calore.

Ad XVIII. dicendū, q̄ rō pximi saluatur & in eo qui dat beneficia, & in eo q̄ recipit: non tamen q̄ quicūque dat beneficia, sit proximus, sed regunt q̄ inter proximos sint cōmunicantia ī aliquo ordine, vnde Deus licet det beneficia, nō tamen potest dici nobis proximus: sed Christus, inquantum est homo, dicitur nobis proximus, prout nobis dat beneficia. Vnde patet responsio ad vltimum.

ARTICVLVS VII.

Quoniam diligere inimicos sit de perfectione consilij, vtrum diligere inimicos sit de perfectione consilij. Et vs̄ q̄ non. Quod enim cadit sub pcepto, non est de perfectione cōsiliij, sed diligere inimicū cadit sub pcepto illo, videlicet. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Nā notē pximi intelligitur oīs homo, vt Aug. dicit in lib. de doctrina Christiana, ergo diligere inimicū, non est de perfectione consilij. Sed dicendum, q̄ est de perfectione cōsiliij dilectio inimicorū, quātū ad cōmunionē familiaritatis, & aliorū effectuum charitatis. ¶ 2 Sed contra, oēm proximum tenemus ex charitate diligere: sed dilectio charitatis non est tantū in corde.

corde, sed etiam in opere. Dicitur enim 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. ergo etiam quantum ad effectus charitatis dilectio inimicorum cadit sub præcepto.

¶ 3 Præc. Matth. 5. similiter dicitur: Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos. Si igitur diligere inimicos cadit sub præcepto, & benefacere eis cadit sub præcepto, quod pertinet ad effectus charitatis.

¶ 4 Præc. Ea que pertinent ad perfectionem consiliorum, non fuerunt in veteri lege tradita: quia ut dicitur Hebr. 7. Nihil perfectum adduxit lex. Sed in veteri lege fuit traditum quod ad inimicos non solum affectus dilectionis haberetur: sed etiam effectus dilectionis eis impenderetur. Dicitur enim Exod. 23.

Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, redde ad eum. Et Levit. 19. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum ne habeas super illo peccatum. Et Iob 31. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultavi, quod inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccatum guttur meum. Et Prover. 25. Si esurierit inimicus tuus cibus illum: si situerit, da ei aquam bibere. ergo diligere inimicum etiam quantum ad exhibitionem effectuum charitatis, non est de perfectione consilij.

¶ 5 Præc. Consilium non contrariatur legis præcepto. unde dominus perfectionem novæ legis traditurus præmisit, Matth. 5. Non veni solvere legem, sed adimplere. Diligere autem inimicos videtur contrariari præcepto legis: quia dicitur Matth. 5. Diliges amicum tuum & odio &c. ergo dilectio inimicorum non cadit sub perfectione consilij.

¶ 6 Præc. Dilectio habet proprium obiectum, in quod inclinat, quia sicut dicit Augustinus, Pondus meum est amor meus. Sed proprium obiectum dilectionis non videtur esse inimicus, sed magis dilectioni repugnans. ergo non est de perfectione charitatis, quod aliquis diligit inimicum.

¶ 7 Præc. Perfectio virtutis non contrariatur inclinationi naturæ, sed magis per virtutem inclinatio naturæ perficitur. Natura autem movet ad hoc, quod inimicus odio habeatur: quælibet enim res naturalis repudiat suum contrarium. ergo non est de perfectione charitatis, quod inimicus diligitur.

¶ 8 Præc. Perfectio charitatis & cuiuslibet virtutis consistit in assimilatione ad Deum: sed Deus amicos diligit & inimicos odit secundum illud Malac. 1. Iacob dilexi, Esau odio habui. ergo non est de perfectione charitatis, quod aliquis diligit inimicos: sed magis quod eos odio habeat.

¶ 9 Præc. Dilectio charitatis directe respicit bonum vite æternæ: sed aliquibus inimicis nostris non debemus velle bonum vite æternæ, quia vel sunt damnati in inferno, vel adhuc viventes sunt reprobati a Deo. ergo diligere inimicos non pertinet ad perfectionem charitatis.

¶ 10 Præc. Eum quem tenemur ex charitate diligere, non possumus licite occidere, nec velle eius mortem, aut quodcunque malum, quia de ratione amicitia est, quod amicos velimus esse, & vivere: sed nos licite possumus aliquos occidere, quia secundum Apostolum Rom. 13. Potestas secularis Dei minister est, vindicæ in iram ei qui male agit. non ergo tenemur inimicos diligere.

¶ 11 Præc. Philosophus in lib. Topicorum docet sic arguendum in contrarijs. Si diligere amicos est bonum & eis benefacere, diligere inimicos & eis benefacere malum est. Sed nullum malum perfectionem habet cha-

ritatis, nec cadit sub consilio. ergo diligere inimicum non pertinet ad perfectionem consilij.

¶ 12 Præc. Amicus, & inimicus sunt contraria. ergo & diligere amicum, & diligere inimicum sunt contraria. Contraria autem non possunt esse simul. Cum igitur teneamur ex charitate diligere amicos, non potest cadere sub consilio, quod inimicos diligamus.

¶ 13 Præc. Consilium non potest esse sub impossibili. Sed diligere inimicum videtur impossibile, cum sit contra inclinationem naturæ. ergo diligere inimicum non cadit sub consilio.

¶ 14 Præc. Implere consilia perfectiorum est: perfecti autem maxime fuerunt Apostoli, qui tamen non dilexerunt inimicos quantum ad affectum, & effectum, legimus enim in beato Thoma Apostolo, quod imprecatus fuit illi, qui manu alapa ei dederat, ut manus eius in conuiuio a canibus deportaretur. ergo diligere inimicos quantum ad affectum & effectum, non cadit sub perfectione consilij.

¶ 15 Præc. Imprecari mala, precipue damnationis æternæ, opponitur dilectioni, & quantum ad affectum, & quantum ad effectum. Sed prophete imprecati sunt mala suis adversarijs. Dicitur enim in Psalm. 68. Deleantur de libro vite, & cum iustis non scribantur. Et iterum. 35. Veniat mors super illos, & descendent in infernum viventes. ergo diligere inimicos non est de perfectione charitatis.

¶ 16 Præc. De ratione amicitie verè est, ut aliquis pro seipsum diligat. Charitas autem includit amicitiam, sicut perfectum, minus perfectum. Diligere autem inimicum pro seipsum contrariatur charitati, quia solus Deus propter seipsum diligitur. Non ergo cadit sub consilij perfectione, ut inimicus diligatur.

¶ 17 Præc. Id quod cadit sub perfectione consilij, melius est, & magis meritorium, quam id quod sub necessitate præcepti: sed diligere inimicum non est melius, neque melioris meriti, quam diligere amicum, quod manifeste cadit sub necessitate præcepti: quia si bonum est diligere aliquod bonum, melius est, & magis meritorium diligere, quod melius est. Melior autem est amicus inimico. Non ergo diligere inimicum est de perfectione consilij. Sed dicebatur, quod diligere inimicum maioris meriti est, quia est difficilius.

¶ 18 Sed contra, diligere inimicum est difficilius, quam diligere Deum. ergo eadem ratione maioris meriti esset diligere inimicum, quam Deum.

¶ 19 Præc. Signum generati habitus est delectatio operis, ut dicit Philo. 1. 2. Ethic. Sed diligere amicum est delectabilius, quam diligere inimicum. ergo est magis virtuosum, & per consequens magis meritorium. Et sic diligere inimicum non cadit sub perfectione consilij.

SED CONTRA est, quod August. dicit in Enchi. perfectorum filiorum Dei est diligere inimicos, in quo quidem se quilibet debet fidelis ostendere.

RESPON. Dicendum, quod diligere inimicos aliquo modo cadit sub necessitate præcepti, & alio modo sub consilij perfectione. Ad cuius evidentiã sciendum est, quod sicut supra dictum est proprium, & per se obiectum charitatis est Deus, & quicquid ex charitate diligitur ea ratione diligitur, quia ad Deum pertinet: sicut si diligimus aliquem hominem, diligimus per consequens omnes ei appartenentes, & si sint nobis inimici. Costat autem, quod omnes homines ad Deum pertinent, in quantum sunt ab ipso creati, & capaces beatitudinis, que in fruitione ipsius consistit. Manifestum est ergo, quod ista ratio dilectionis, quam respicit charitas, in omnibus hominibus invenitur. Sic ergo in eo, qui contra nos inimicitiam exercet, est duo invenire, unum quod est ratio dilectionis, scilicet

Quæst. dist. S. Tho. LL 3 quod

Aug. c6ra Adamanti to. 4. fol. 43. Et in Abdia lib. 9. de certamine apologetico fol. to. 4.

Cap. 3. in prin.

Enchiridion c. 73. tom. 3.

Art. 4. huius quest.

De dedit. et hinc 12. 30. tom. 1.

Top. c. 1.

quod ad Deū p̄inet. & aliud, qđ est rō odij. qđ no-
bis aduersatur. In quocūque autē inuenitur rō dile-
ctionis, & rō odij, si p̄termiſſa dilectione in odij
cōuertamur, manifestum est, qđ id, quod est ratio
odij, p̄pōderat in corde nro ei, qđ est rō dilectio-
nis. Sic ergo si aliquis inimicū suum odio habeat,
inimicitia illius p̄pōderat in corde suo amori di-
uino. Magis ergo odit amicitia illius, quā diligat
Deum. Tātum autē odimus aliquid, quātum dili-
mus bonum, qđ nobis p̄ inimicum subtrahit. Re-
linquitur ergo, qđ quicumq; inimicum odit, aliqđ
bonum creatū diligit plus quā Deum, qđ est cōtra
p̄ceptum charitatis. habere igit̄ odio inimicum
est cōtrarium charitati, vñ necesse est, qđ si ex p̄ce-
pto charitatis tenemur, qđ dilectio Dei p̄pōderet
in nobis dilectioni cuiuslibet alterius rei: & per cō-
sequens odio cōtrarij. Sequitur ergo, qđ ex necessi-
tate p̄cepti tenemur diligere inimicos: sed tñ
cōsiderandū, qđ cum ex p̄cepto ad hoc p̄ce-
ptum, qđ quēlibet proximum actū diligamus in ſpe-
ciali, aut vnicuiq; ſpecialiter bene faciamus: qđ nul-
lus ſufficeret ad cogitādum de omnibus homini-
bus, vt ſpecialiter vnumquēq; actū diligeret. Nec
etiam aliquis ſufficeret ad beneficiēdum, vel ſeruiē-
dum ſingulariter vnicuique. Tenemur tñ etiam in
ſpeciali aliquos diligere, & eis prodeſſe, qđ nobis ali-
qua alia amicitia rōne cōiuncti ſunt. Nā oēs alie li-
cite dilectiones ſub charitate cōprehenduntur, vt
ſupra dictum est, vnde dicit Aug. cum omnibus p̄-
deſſe non poſſis, his poſſimum cōſulendū est,
qui pro locorum, & temporum, vel quaremlibet
rerum opportunitatibus conſtrictus tibi quali qua-
dā ſorte iunguntur. pro ſorte enim habendum est
prouiſiſque tibi tēporaliter colligatus adhaeret,
ex quo eligis potius illi dandum eſſe. Ex quo patet,
qđ non tenemur ex charitatis p̄cepto, vt dilectionis
affectū, vel operis effectū moueamur in ſpeciali ad
eum, qui nulla alia conſtrictione nobis coniungit:
niſi forte pro loco, & tēpore, vt pote, ſi videremus
eum in aliqua neceſſitate, per quam ſine nobis ei
ſuccurri non poſſet. Tenemur tñ affectū, & effectū
charitatis, quo oēs proximos diligimus, & pro om-
nibus oramus, non excludere ēt illos, qui nulla no-
bis ſpeciali cōſtrictione cōiunguntur, vt puta, illos
qui ſunt in India, vel in Aethiopia. Cū etiā ad inimi-
cum nulla alia vñio nobis remaneat, niſi ſola vñio
charitatis, ex neceſſitate p̄cepti tenemur dili-
gere eos in cōi, & affectū, & effectū, & in ſpeciali
quādo neceſſitatis articulus immineret: ſed qđ ho-
mo ſpecialē affectū, & effectū dilectionis, quē
ad alios ſibi coniunctos impēdit, inimicis exhibeat
p̄ Deum, hoc perfectā charitatis eſt, & ſub cōſilio
eadit. Ex p̄fectione enim charitatis procedit, qđ ſo-
la charitas ſic moueat ad inimicum, ſicut ad ami-
cū mouet, & charitas, & ſpecialis dilectio. Mani-
feſtū eſt autē, qđ ex p̄fectione actiua virtutis p̄cedit, qđ
actio agentis ad remota procedat. Perfectior n. eſt
ignis virtus, per quam non ſolū propinqua, ſed re-
mota caleſcunt. Ita & p̄fectior eſt charitas, per quā
nō ſolum ad propinquos: ſed ēt ad extremos, & vlti-
mum ad inimicos, nō ſolum generaliter: ſed etiam
ſpecialiter, & diligēdo, & beneficiēdo mouemur.

AD PRIMVM ergo dicendum, qđ dilectio inimi-
corum ſub p̄cepto continetur, ſicut dictum eſt.

AD SECUNDVM dicēdū, qđ ſicut p̄ affectū ita, & p̄
effectū inimicos diligere debemus, vt dictū eſt. vñ

Ar. 1. p̄cept.
II. 1. de do-
ctri. Chriſt.
Cap. 28. in
prin. 10. 3.

In corp. ar.

de etiam patet reſponſio ad TERTIVM.

AD QVARTVM dicēdū, qđ ille auctoritates veteri
teſtamēti loquitur in calu neceſſitate, qđ ex p̄ce-
pto tenemur beneficiere inimicis, vt dictum eſt.

AD QVINTVM dicēdū, qđ hoc qđ dicitur, odio habebis
inimicum tuum, in toto veteri teſtamēto non in-
uenitur: ſed hoc erat ex traditione ſcripturā, qđ
viſum fuit hoc eſſe addendum, qđ dñs p̄cepit filiis
Iſrael perſequi inimicos ſuos. Vel dicendum eſt, qđ
hec vox, odio habebis inimicum tuum, non eſt ac-
cipienda, vt iubentis iuſto, ſed vt permittentis iuſti-
mo, vt Auguſt. dicit in lib. de Sermone domini in
monte, vel ſicut etiam Auguſt. dicit contra Fauſtū.

NON debent homines inimicos odire, ſed vitium.

AD SEXTVM dicendum, qđ inimicus, vt inimicus
non eſt obiectum dilectionis, ſed in quantum per-
tinet ad Deum. vnde hoc debemus in inimico odi-
re, qđ ipſe nos odit, & deſiderare quod nos diligit.

AD SEPTIMVM dicēdū, qđ ex natura homo cōtra
hoiēm diligit, vt ēt Philoſ. dicit in 8. Ethic. Sed qđ
aliquis ſit inimicus, eſt ex aliquo quod natura ſi-
peradditur, ex quo non debet tolli natura inclina-
tio. Charitas ergo dum ad dilectionem inimicorū
mouet, perficit naturalem inclinationem ſecundu-
tem eſt de illis, quae habent contrarietate ex ſua na-
tura, ſicut ignis, & aqua, lupus, & ouis.

AD OCTAVVM dicēdū, qđ Deus nō odit in ali-
quo, quod ſuū eſt. ſed bonū naturale vel ſpōdeum;
aliud: ſed ſolū illud quod ſuum nō eſt, ſpōdeum. Et
ſic etiā nos in hominibus debemus diligere, quod
Dei eſt. & odire quod eſt alienum a Deo. Et ſecundu-
hoc dicitur in Pſal. perfectio odio odiam illos.

AD NONVM dicendum, qđ p̄ſcitos & damna-
tos non debemus diligere ad habendum vitā aeternā,
quia iam ſunt totaliter per diuinam ſententiā
ab ea excluſi: poſſumus tamen eos diligere, vt ce-
tera Dei in qbus diuina iuſtitia manifeſtatur. ſic enim
eos Deus diligit, p̄ſcitos enim nondum damnatos
debemus diligere, ad vitam aeternā habendā, qđ hoc
nobis non conſtat, & p̄ſcientia diuina ad eos non
excludit poſſibilitate. perueniēdi ad vitā aeternā.

AD X. dicēdū, qđ licite pōt ille, ad quē ex officio
pertinet, malefactores punire, vel ēt occidere, con-
ex charitate diligēdo. Dicit n. Greg. in quādā Homi-
lia, qđ iuſti perſecutionē cōmouent, ſed amant: qđ
ſi foris increpationes per diſciplinā ex aggerant, in-
tus tamē dulcedinē per charitatē ſeruat. poſſumus
enim illis quos ex charitate diligimus velle aut in-
ferre aliquid malum tēporale propter tria. primo
quod p̄ eorū correptionē. ſecundo, in quantum ad
quorum tēporalis proſperitas eſt in detrimentū
cuius multitudinis, vel ēt totius eccleſiae, vnde dicit
Greg. 21. Moral. Euenire plerūq; ſolet, vt nō am-
ſa charitate inimici nos ruina laetiſcet, & ruit
eius gloria ſine inuidia culpa contriſtet, dū com-
te eo, quod ſam bene erigi ereditur, & proficiente
illo plerūq; iniuſte opprimi formidamus. Tertio
ad ſeruandū ordinem diuinae iuſtitiae, ſecundu-
illud Pſal. Latrabit iuſtus enim viderit vindi-
cā.

AD XI. dicēdū, qđ huiusmodi propoſitiones ex
quibus argumentatur Philoſophus, ſunt accipien-
dā per ſe. Sicut enim diligere amicum, in quantum
amicus eſt, bonum eſt, ita malum eſt diligere inimi-
cū, quia inimicus eſt: ſed bonum eſt diligere
inimicum, in quantum ad Deum pertinet.

AD XII. dicēdū, qđ diligere amicum in quantum
amicus, & inimicum in quantum inimicus, eſt cō-
trarium.

trarium: sed diligere amicum & inimicum in quatuor uterque est Dei, non est contrarium, sicut nec videre album, & videre nigrum, in quantum est coloratum.

AD XIII. dicendum, quod diligere inimicum in quantum inimicus est, est difficile, vel etiam impossibile: sed diligere inimicum propter aliquod magis amatum, est facile. & sic id, quod in se videtur impossibile, charitas Dei facit facile.

AD XIV. dicendum, quod Beatus Thomas non expectit poenam sui percussoris zelo vindictæ: sed propter manifestationem diuinę iustitię & virtutis.

AD XV. dicendum, quod imprecationes, quę inveniuntur in prophetis, sunt intelligendę per pręnuntiationes, vt exponatur delectantur, id est delectabuntur. Videntur autem tali modo loquendi, quia conformant voluntatem suam diuinę iustitię eis reuelatę.

AD XVI. dicendum, quod diligere aliquem propter se potest intelligi dupliciter. Vno modo ita quod aliquid diligitur, sicut vltimus finis: & sic solus Deus est propter se diligendus. Alio modo, vt diligamus ipsum cui volumus bonum, vt contingit in amicitia honesta, nõ autem sicut bonum quod volumus nobis, vt contingit in amicitia delectabili, vel vtili. in qua amicum diligitur, vt bonum nostrum, non quia vtilitatem, vel delectationem appetamus amico: sed quia ex amico appetimus vtilitatem & delectationem nobis sicut & diligitur alia delectabilia nobis & vtilia, vt cibum aut vestimentum. sed cum diligitur aliquem propter virtutem, volumus ei bonum non ipsum nobis, & hoc maxime contingit in amicitia charitatis.

AD XVII. dicendum, quod diligere inimicum melius est, quam diligere amicum tantum, quia perfectiorem charitatem demonstrat, vt supra dictum est: sed si consideremus istos duos actus absolute, melius est diligere amicum, quam inimicum, & melius diligere Deum, quam amicum. Non enim difficultas, quę est in dilectione inimici, facit ad rationem meriti, nisi in quantum per hoc demonstratur perfectio charitatis, quę hanc difficultatem vincit. vnde si esset tam perfecta charitas, quę totam difficultatem tolleret, adhuc esset magis meritum: loquimur autem non in eo, qui diligit amicum ex tam perfecta charitate, quę etiam se extendat ad dilectionem inimici, sed intensus operatur in dilectione amici, nisi forte per accidens, in quantum contra repugnans aliquid, cum maiori conatu operatur, sicut & in rebus naturalibus aqua calefacta intensius congelatur. & per hoc patet responsio ad duo sequentia.

ARTICVLVS IX.

Verum ordo aliquis sit in charitate.

NONO quaeritur, utrum ordo aliquis sit in charitate. & videtur quod non, quia sicut fides se habet ad credita, ita charitas ad diligenda: sed fides æqualiter credit omnia credenda. ergo charitas æqualiter diligit omnia diligenda.

¶ 1 Præt. Ordo ad rationem pertinet. Charitas autem non est in ratione: sed in voluntate. ergo ordo non pertinet ad charitatem.

¶ 2 Præt. Vbicunq; est ordo ibi est aliquis gradus: sed secundum Bernar. charitas gradum nescit, dignitatem non considerat. ergo ordo nõ est in charitate.

¶ 3 Præt. Obiectum charitatis est Deus, ut Aug. dicit in 1. de doctr. chris. in proximo. nihil diligit charitas nisi Deum. Deus autem non est maior in seipso, quã in proximo, nec maior in uno proximo quã in alio.

A ergo charitas non magis diligit Deum, quam proximum, vel unum proximum, quam alium.

¶ 4 Præt. Similitudo est ratio dilectionis secundum illud Eccles. 9. Omne animal diligit simile sibi: sed maior est similitudo hominis ad proximum suum, quam ad Deum. ergo non est iste ordo in charitate, ut primo diligitur Deus, sicut Ambrosius dicit.

¶ 5 Præt. 1. Io. 4. dicit. Qui nõ diligit fratrem suum, quẽ videt, Deum quẽ nõ videt, quomodo potest diligere? Arguit autem a dilectione proximi ad dilectionem Dei negando. Argumẽtum autem negatiuum nõ sumitur a minori, sed a maiori. ergo magis diligendus est proximus, quã Deus.

¶ 6 Præt. Amor est virtutis, vt Dion. dicit 4. c. de di. no. sed nihil est magis vni alicui, quã ipsemet. ergo homo ex charitate nõ debet magis diligere Deum, quã seipsum.

¶ 7 Præt. Aug. dicit in 1. de doctr. chris. quod omnes homines æque diligendi sunt. ergo vnus proximus non debet magis diligi, quam alius.

¶ 8 Præt. Proximũ precipitur alicui diligere sicut seipsum. ergo omnes proximi sunt æqualiter diligendi.

¶ 9 Præt. Illũ magis diligitur, cui maius bonũ volumus: sed omnibus proximis volumus ex charitate vni bonum, quod est vita eterna. ergo vnus proximus non debemus plus diligere, quam alium.

¶ 10 Præt. Si ordo est conditio charitatis, oportet quod cadat sub precepto: sed non vbi sub precepto cadere, quia dum modo aliquem diligitur quem debemus, non videtur peccare, si alium quemcunq; diligamus plus. ergo ordo non est conditio charitatis.

¶ 11 Præt. Charitas viciniam charitatis patrię: sed in patria magis amant meliores, nõ autem propinquiore. ergo vbi est aliquis ordo charitatis, quod est in via magis amandi sunt meliores, & nõ propinquiore, quod est contra Ambr. quod dicit, quod primo diligendus est Deus, secundo parentes, deinde filij, post domestici.

¶ 12 Præt. Ratio diligendi aliquẽ ex charitate est Deus: sed aliqui extranei magis sunt coniuncti Deo quã propinqui, vel et parentes. ergo sunt magis ex charitate diligendi.

¶ 13 Præt. Sicut dicit Greg. in quadã homilia, pbatio dilectionis est exhibitio operis: sed aliqui effectus dilectionis, quod est beneficentia, magis exhibet extraneo, quam proximo, vt patet in collatione ecclesiasticorum beneficiorum. ergo non videtur, quod propinqui sint magis diligendi ex charitate.

¶ 14 Præt. 1. Io. 3. dicit. Non diligamus ore, neque lingua, sed opere, & veritate: sed aliquando plus de opere dilectionis exhibemus alijs, quã parentibus: puta, miles plus obedit duci exercitus, quã patri, & plus debet reddere benefactori, quã patri, si in æquali necessitate existat. ergo nõ sunt parentes plus diligendi.

¶ 15 Præt. Greg. dicit, quod illi quos ex sacro fonte suscepimus, magis sunt a nobis diligendi, quam illi, quos ex carne nostra genuimus. ergo extranei magis sunt diligendi, quam propinqui.

¶ 16 Præt. Illa est magis diligendus, cuius amicitia vituperabilius rescinditur: sed vituperabilius vituperabilius rescinditur amicitia aliorum amicorum quos sponte eligimus, quam propinquorum, qui nobis non ex nostra electione, sed sorte naturę prouenerunt. ergo magis sunt diligendi alij amici, quam propinqui.

¶ 17 Præt. Si ratione propinquitatis maioris, est aliquis magis diligendus, cum vxor sit magis propinqua quã est vnũ corpus, & filij, quã sunt aliquid generantis sunt magis propinqui quã parentes, vbi quod sunt magis diligendi filij, & vxor quam parentes. Non ergo parentes sunt maxime diligendi. Sic igitur non videtur esse ordo in charitate, qui a sanctis assignatur.

Quæst. dist. S. Tho. LL 4 S 11

Parte. 1.

Cap. 28. in prin. tom. 3.

Et referret 1. sent. dist. 29.

Mem. 30. in suang. non procul a princ.

AD XVI. dicendum, quod diligere aliquem propter se potest intelligi dupliciter. Vno modo ita quod aliquid diligitur, sicut vltimus finis: & sic solus Deus est propter se diligendus. Alio modo, vt diligamus ipsum cui volumus bonum, vt contingit in amicitia honesta, nõ autem sicut bonum quod volumus nobis, vt contingit in amicitia delectabili, vel vtili. in qua amicum diligitur, vt bonum nostrum, non quia vtilitatem, vel delectationem appetamus amico: sed quia ex amico appetimus vtilitatem & delectationem nobis sicut & diligitur alia delectabilia nobis & vtilia, vt cibum aut vestimentum. sed cum diligitur aliquem propter virtutem, volumus ei bonum non ipsum nobis, & hoc maxime contingit in amicitia charitatis.

¶ 3 Præt. Vbicunq; est ordo ibi est aliquis gradus: sed secundum Bernar. charitas gradum nescit, dignitatem non considerat. ergo ordo nõ est in charitate.

¶ 4 Præt. Obiectum charitatis est Deus, ut Aug. dicit in 1. de doctr. chris. in proximo. nihil diligit charitas nisi Deum. Deus autem non est maior in seipso, quã in proximo, nec maior in uno proximo quã in alio.

SED CONTRA est, qd dicitur Cantic. I. Introduxit me rex in cellam vinaria, ordinavit in me Charitatem.

2. p. q. 6. art. 1. & 3. scrip. dist. 29. q. 1. ar. 1. & 2.

1. de doctri. christiana. Cap. 28. in prin. com. 3.

RESPON. Dicendum, qd secundum omnem sententiam, & auctoritatem scripturae, indubitanter iste ordo in charitate significandus est, vt Deus affectu, & effectu super omnia diligatur: sed quantum ad dilectionem proximorum, fuit quorundam opinio, vt ordo charitatis attendatur fm effectum, & non secundum affectum, & fuerunt moti ex dicto Augus. qui dicit, qd oes homines aequae diligendi sunt: sed cum omnibus prodesse non possis, his potissime consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus cōstrictius tibi, quasi quadam sorte coniunguntur: sed ista positio irrationabilis videtur. Sic n. Deus prouidet vnicuique, secundum qd conditio eius requirit. vnde tendentibus in finem naturae imprimitur a Deo amor, & appetitus finis, secundum qd exigit sua conditio, vt tendat in finem. vnde quorum est vehementior motus, secundum naturam in aliquem finem, eorum etiam est maior inclinatio in illum, quae est appetitus naturalis, vt patet in grauib, & leuib. Sicut autem appetitus, vel amor naturalis est inclinatio quadam, indita rebus naturalibus ad fines connaturales, ita dilectio charitatis est inclinatio quadam infusa rationali naturae, ad tendendum in Deum. Secundum igitur, qd necesse est alicui tendere in Deum, fm hoc ex charitate inclinatur. Tenditur autem in Deum sicut in finem id, quod maxime necessarium est, diuinum auxilium est. Secundo autem, auxilium qd est a seipso. Tertio autem cooperatio, quae est a proximo, & in hoc est gradus. Nam quidam cooperantur tantum in generali, alij vero qui sunt magis cōiuncti in speciali. Non enim omnes omnibus in specialibus cooperari possent. Coadiuuat nos etiam instrumentaliter tantum corpus nostrum, & etiam quae corpori necessaria sunt. vnde sic inclinari oportet affectum hois p charitatem, vt primo, & principaliter aliquis diligat Deum, secundo, autem seipsum, tertio proximum, & inter proximios, magis illos qui sunt magis cōiuncti, & magis nati sunt coadiuare. Qui autem impediunt in quantum homo, sunt odiendi quicunq; sunt, vñ dñs dicit Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, non potest esse meus discipulus, vltimo autem diligendum est corpus nostrum. Sic etiam secundum actum quem charitas elicit, attendendus est ordo secundum affectum in dilectione proximorum: sed etiam considerandum est, qd sicut supra diximus etiam alia dilectiones licite, & honestae, quae sunt ex aliquibus alijs causis, ordinari possunt ad charitatem, & sic charitas illarum dilectionum actus imperare potest, & sic quod magis fm aliquam illarum dilectionum diligitur, magis diligitur ex charitate imperare. Manifestum est autem, qd fm dilectionem naturalem propinqui plus diliguntur, etiam secundum affectum, & secundum dilectionem socialem, plus cōiuncti. & sic de alijs dilectionibus. vnde manifestum fit, qd etiam secundum affectum vnus proximorum magis est diligendus quam alius, & ex charitate imperante actus aliarum amicitiarum licitarum.

Art. 7. & 8.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd obiectum fidei est verum, unde fm qd contingit esse aliquid magis verum, sic etiam contingit aliquid magis credere. Cui autem veritas constat in adaequatione intellectus, & rei, si consideretur veritas secundum rationem aequalitatis, quae non recipit magis, & minus, sic non contingit esse aliquid magis, & minus verum: sed si

consideretur ipsum esse rei, quod est ratio veritatis, sicut dicitur in 2. Meta. eadem est dispositio rerum esse & veritate. vnde quae sunt magis entia sunt magis vera: & propter hoc etiam in scientijs demonstrationibus magis creduntur principia, quam conclusiones. & sic etiam contingit in his quae sunt fidei, vnde Apost. 1. ad Corint. 13. probat resurrectionem mortuorum futuram per resurrectionem Christi.

AD SECUNDUM dicendum, qd ordo rationis est, vt ordinantis: sed voluntatis vt ordinatae, & sic conuenit ordo charitati.

AD TERTIUM dicendum, quod charitas gratia nescit amantem ad amatum, quia vniturque: sed duorum diligibilium, non ignorat.

AD QUARTUM dicendum, qd licet Deus non sit maior in vno quam in alio: tamen magis & perfectius est in seipso, quam in creatura, & in vna creatura quam in alia.

AD QUINTUM dicendum, qd in dilectione, cuius principale obiectum est ipse diligens, necesse est qd magis diligat id, qd est diligenti similis, sicut accidit in dilectione naturali: sed in dilectione charitatis principale obiectum est ipse Deus: vnde magis diligendum est charitate, qd magis est vnus cum Deo, ceteris partibus.

AD SEXTUM dicendum, qd Apost. argumentatur secundum eos, qui visibilibus praecipue inhaerent, a quibus visibilibus inuisibilibus magis diliguntur.

AD SEPTIMUM dicendum, qd vnitatem naturae nihil est magis vnus quam nos: sed vnitatem affectus, cuius obiectum est bonum, summe bonum detur magis nobis quam nos.

AD OCTAuum dicendum, qd omnes homines sunt aequae diligendi, in quantum omnibus aequale bonum, velle debemus, sicut vitam aeternam.

AD NONUM dicendum, qd proximum mouetur aliquis diligere, sicut seipsum, non tantum quantum seipsum, propter quod non sequitur, quod omnes proximi sunt aequaliter diligendi.

AD X. dicendum, qd aliqui dicimus magis diligere, non solum quia maius bonum ei volumus, sed et quia maiori affectu idem bonum ei optamus, & sic licet omnibus optemus unum bonum, quod est vita aeterna, non tamen omnes aequaliter diligimus.

AD XI. dicendum, qd non potest esse qd alicui impeditur de dilectione qd debemus, si alii quae minus diligere debemus, amplius diligamus: potest enim contingere qd in necessitate articulo amplius subueniatur alicui in derogationem eius, quem plus amare debemus.

AD XII. dicendum, qd illi qui sunt in patria, sunt cōiuncti vltimo fini, & ideo solum illorum dilectio regulatur ex ipso fine a vnde ordo charitatis in eis non attenditur, nisi secundum propinquitatem ad Deum, & pp hoc Deo propinquiores magis amantur: sed in via nobis est necessarium tendere in finem: & ideo ordo dilectionis attenditur et secundum mensuram auxilij, quod ex alijs cōiungitur ad tendendum in finem, & sic non semper meliores magis amantur: sed attenditur et non propinquitatis, ut ex utroque cōiunctum sumatur ratio maioris dilectionis, & per hoc etiam patet responsio ad XIII.

AD XIII. dicendum, qd praelatus aliquis non potest conferre beneficia, in quantum est Petrus vel Martinus, sed in quantum est magister Ecclesiae: & ideo in collatione ecclesiasticorum beneficiorum non detur attendere propinquitatem ad se, sed propinquitatem ad Deum, & utilitatem ecclesiae: sicut dispensator alicuius familiaris, attendere detur in dispensando res domini sui, seruatum quod exhibetur domino suo, & non seruatum quod exhibetur sibi. In rebus autem proprijs, licet patrimonialibus bonis, vel qd ex industria sua pro-

na acquirat, vt propria, debet attendi in beneficiis ad ordo propinquitatis ad ipsum beneficium.

Ad xv. dicendum, quod secundum ea, quae pertinent proprie ad propria personam alicuius plus, debet exhibere dilectionis effectum parentibus, quam extraneis, nisi forte in quantum in bono alicuius extranei, penderet bonum commune, quod etiam sibi ipsi imponere quisque debet, vt cum aliquis seipsum periculo mortis exponit, ad saluandum in bello ducem exercitus, vel in ciuitate principem ciuitatis, in quantum ex eis dependet salus totius communitatis: sed secundum ea quae pertinent ad aliquid ratione alicuius adiuncti, vt pote in quantum est cuius vel miles, plus debet obedire rectori ciuitatis vel duci, quam patri.

Ad xvi. dicendum, quod auctoritas Gregorij est intelligenda, quantum ad illa quae ad regenerationem spirituales pertinent, in quibus tenemur his, quos ex sacro fonte suscepimus.

Ad xvii. dicendum, quod ratio illa procedit quantum ad illa, quae pertinent ad socialem vitam, in qua fundatur amicitia extraneorum.

Ad xviii. dicendum, quod secundum illam dilectionem, qua aliquis diligit seipsum, plus diligit vxorem, & filios, quam parentes, quia vxor est aliquid viri, & filius patris: vnde dilectio quae habet ad vxorem & filium, magis includitur in dilectione qua aliquis diligit seipsum, quam dilectio quae habetur ad patrem, sed hoc non est diligere filium ratione eius, sed ratione sui ipsius: sed secundum modum dilectionis qua diligimus aliquem ratione eius, plus diligendus est pater, quam filius, in quantum ex parte maius beneficium suscepimus, & in quantum honor filij magis dependet ex honore patris, quam econuerso. & ideo in exhibitione reuerentiae, & in obediendo, & in satisfaciendo voluntati eius, & in similibus, tenetur homo magis patri, quam filio: sed in subuentione necessariorum plus tenetur homo filio, quam parenti: quia parentes debent sustentare filijs, & non econuerso, vt dicitur 1. Corin. 4.

ARTICVLVS X.

Vtrum possibile sit charitatem esse perfectam in hac vita.

DE C I M O quaeritur, vtrum possibile sit charitatem esse perfectam in hac vita. Et videtur quod sic, quia Deus nihil impossibile homini praecipit, vt Hieron. dicit: sed perfectio charitatis ponitur in praecepto vt patet Deute. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Totum enim & perfectum idem sunt. ergo possibile est charitatem esse perfectam in hac vita.

¶ 2 Præ. Aug. dicit quod perfecta charitas est, vt meliora magis diligatur: sed hoc est possibile in hac vita, ergo charitas potest esse in hac vita perfecta.

¶ 3 Præ. Ratio amoris in quadam vnione consistit: sed charitas in hac vita maxime potest esse vnus, quia qui adheret Deo, vnus spiritus est, vt dicitur 1. Cor. 6. ergo charitas in hac vita potest esse perfecta.

¶ 4 Præ. Perfectum est aliquid, quod maxime recedit a contrario: sed charitas in hac vita potest resistere omni peccato & tentationi. ergo charitas in hac vita potest esse perfecta.

¶ 5 Præ. Affectus noster in hac vita immediate fertur in Deum per dilectionem: sed quando intellectus immediate ferretur in Deum, perfecte & totaliter ipsum cognosceremus. ergo nunc perfecte & totaliter Deum diligimus. est ergo in hac vita charitas perfecta.

¶ 6 Præ. Voluntas est domina sui actus: sed diligere

A Deum, est actus voluntatis, ergo voluntas humana potest totaliter & perfecte ferri in Deum.

¶ 7 Præ. Obiectum charitatis est diuina bonitas, quae est delectabilissima: sed in eo quod est delectabile, non est difficile continue perseuerare. & sine intermissione. ergo videtur quod in hac vita de facili possit perfectio charitatis haberi.

¶ 8 Præ. Quod simplex est & indiuisibile si aliquo modo habet, totum habet: sed amor charitatis est simplex & indiuisibilis, & ex parte actus diligentis & ex parte obiecti diligibilis, quod est Deus. ergo si quis habet in hac vita charitatem totaliter & perfecte habet.

¶ 9 Præ. Charitas est nobilissima virtutum, secundum illud 1. Cor. 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, scilicet charitatis: sed alie virtutes possunt esse perfecte in hac vita, ergo & charitas.

S E D C O N T R A. Cum charitati repugnet omne peccatum, vt dictum est, perfectio charitatis requirit, quod homo sit omnino absque peccato: sed hoc non potest esse in hac vita, secundum illud 1. Io. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. ergo perfecta charitas in hac vita haberi non potest.

¶ 2 Præ. Nihil diligitur nisi cognitum, vt Aug. dicit in lib. de Tri. sed in hac vita Deus perfecte non potest cognosci secundum illud 1. Cor. 13. Nunc ex parte cognoscimus. ergo nec etiam potest perfecte diligi.

C ¶ 3 Præ. Illud quod semper potest proficere, non est perfectum: sed charitas in hac vita semper potest proficere, vt dicitur in sermone. ergo charitas in hac vita semper perfecta esse non potest.

¶ 4 Præ. Perfecta charitas foras mitti timorem, ut dicitur 1. Ioan. 4. sed in hac vita non potest homo esse sine timore. ergo non potest aliquis habere charitatem perfectam.

R E S P O N S. Dicendum, quod perfectum tripliciter dicitur. Vno modo, perfectum simpliciter: alio modo, perfectum secundum naturam: tertio modo, secundum tempus. perfectum quidem dicitur simpliciter, quod omnibus modis perfectum est, & cui nulla perfectio deest. perfectum autem secundum naturam dicitur, cui non deest aliquid eorum, quae nata sunt haberi a natura illa: sicut intellectum hominis dicimus perfectum, non quod nihil ei intelligibile deest, sed quia nihil ei deest eorum, per quod homo natus est intelligere. perfectum secundum tempus dicimus quando nihil deest alicui eorum, quae naturae est habere, secundum tempus illud. sicut dicimus perfectum, quia habet ea, quae requiruntur ad hominem secundum naturam illam. Sic igitur dicendum, quod charitas perfecta simpliciter a solo Deo habetur. Charitas autem perfecta secundum naturam haberi quidem potest ab homine, sed non in hac vita. Charitas autem perfecta secundum tempus, etiam in hac vita haberi potest. Ad cuius euentiam sciendum est, quod cum actus & habitus speciem habeat ex obiecto, oportet quod ex eodem ratio perfectionis ipsius sumatur. Obiectum autem charitatis est summum bonum. Charitas ergo est perfecta simpliciter, quae in summum bonum fertur intantum, quantum diligibile est. Summum autem bonum diligibile est in infinitum, cum sit bonum infinitum: vnde nulla charitas creaturae cum sit infinita potest esse simpliciter perfecta: sed sic perfecta dici potest sola charitas Dei, qua diligit seipsum: sed tunc secundum naturam rationalis creaturae, charitas dicitur esse perfecta, quando rationalis creatura secundum suum posse ad Deum diligendum conuertitur. Impeditur autem homo in hac vita, ne totaliter mens eius in Deum

Li. to. de tri. in princ. tom. 3.

2. 2. q. 14. art. 6. c. 5.

3. 8. q. 14. art. 6. c. 5.

Ad Damasc. Papi de ex. patione. 6. dicit non recurre a hie. 10. 2. In lib. de re. ra religione. 6. 47. in princ. dicitur.

Deum feratur ex tribus. Primo quidem ex contra-
ria inclinatione mentis, quādo. mens per peccatū
conuersa ad commutabile bonum, sicut ad finem,
aueritur ab incommutabili bono. Secūdo p occu-
pationē secularium rerum, quia ut dicit Apost. 1.
ad Cor. 7. Qui cū vxore est, sollicitus est q̄ sunt mun-
di, quō placeat vxori, & diuisus est. i. cor eius nō mo-
uetur tñ in Deum. Tertio vero ex infirmitate præs-
entis vitæ, cuius necessitatibus oportet aliquatenus
hominē occupari & retrahi, ne actualiter mēs
feratur in Deum dormiendo, comedendo & alia
hōi faciendo, sine quibus præsens vita duci non
potest, & vterius ex ipsa corporis grauitate anima
deprimitur, ne diuinam lucem in sui essentia videre
possit, vt ex tali visione charitas perficiatur, s̄m il-
lud Apost. 2. ad Cor. 3. quādiu sumus in corpore
peregrinamur a domino: per fidem. n. ambulamus,
& non per spem. homo autem in hac vita pōt esse
sine peccato mortali auertente ipsum a Deo, & ite-
rum potest esse sine occupatione temporalium re-
rū, sicut Apost. dicit 1. ad Cor. 7. Qui sine vxore est,
sollicitus est de his que sunt Domini, quomodo pla-
ceat Deo: sed ab onere corruptibilis carnis in hac
vita liber esse non potest. vnde quantum ad remo-
tionem primorum duorum impedimētorum, cha-
ritas potest esse perfecta in hac vita: non autē quan-
tum ad remotionem tertij impedimenti. & ideo il-
lam perfectionem charitatis, quæ erit post hanc vitā
nullus in hac vita habere potest: nisi sit viator & cō-
prehenfor simul, quod est proprium Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ hoc quod dī, di-
liges dominū Deum tuum ex toto corde tuo, intel-
ligitur esse præceptum, s̄m q̄ totalitas excludit om-
ne illud quod impedit perfectam Dei inhaerentem,
& hoc non est præceptum: sed finis præcepti. Indi-
catur enim nobis per hoc, non quid faciendum sit:
sed potius quo tendendum sit, vt dicit Angu.

AD SECUNDVM dicendum, quod diligere melio-
riora, tanto plus, quanto eorum bonitas exigit, sic
non potest homo, sicut non potest perfectam cha-
ritatem habere, ut dictum est.

In corp. art. AD TERTIVM dicendum, quod in hoc ipso quod
est facere vnum amantem cum amato, multiplex
gradus inueniri potest. Tūc vero perfecte mens no-
stra erit vnum cum Deo, quando semper actualiter
feretur in ipsum, quod non est possibile in hac vita.

AD QVARTVM dicendum, q̄ perfectio q̄ cōuenit ali-
cui rei, s̄m suam speciem, s̄m quodcūque tempus
ei cōuenit: sicut homo quolibet tēpore, & qualibet
ætare est perfectus aīa rōnali. vnde perfectio chari-
tatis, quæ est s̄m quodcūque tempus, est perfectio
quæ competit charitati s̄m eius speciem. Est autem
de ratione charitatis, vt Deus super oīa diligatur, &
vt nullum creatum ei præferatur in amore. vnde cū
omnis tentatio ex amore alicuius boni creati pue-
niat, uel ex timore mali cōtrarij, quod etiā ex amo-
re deriuatur, ex sua specie hoc hēt charitas, in quo-
libet statu, q̄ cuiuslibet tentationi resistere possit, ita
etiam. s̄ q̄ in peccatum mortale per eam homo nō
inducatur: non autem q̄ nullo modo tentatione
afficiatur. hoc. n. pertinet ad perfectionem patriæ.

AD QVINTVM dicendum, q̄ eodē modo Deus in pa-
tria & totaliter videbitur & totaliter diligetur, s̄m. s̄
q̄ ly totaliter, se tenet ex parte diligentis & viden-
tis, quia. s̄ totum posse creaturæ applicabitur ad vi-
dendum & diligendum Deum. Similiter etiam po-
test intelligi, quod Deus totaliter videbit & dilige-

tur, quia non est aliqua pars eius, quæ non videat &
diligatur, cū ipse nō sit compositus sed simplex. sed
tñ secundū alium intellectum non totaliter diligitur
nec totaliter videbitur, quia. nō tñ videbitur, nec
tātum ab aliqua creatura diligitur, sicut visibilis est
& diligibilis. sed in vita ista nec etiam secundum pri-
mum aut secundum modum Deus totaliter videtur
aut diligi potest, quia nec ipse per essentia suam vī,
nec est possibile homini in hac vita viuenti, vt ab ipse
intermissione eius affectus actualiter feratur i Deo
sed tamen quodammodo totaliter diligitur Deo
ab homine in hac vita, in quantum nihil est in affe-
ctu eius contrarium dilectioni diuinae.

AD SEXTVM dicendum, q̄ voluntas est domina
sui actus, quantum ad hoc q̄ agat, non quantum ad
hoc quod continue in vno actu perseueret, cū con-
ditio huius vitæ requiratur, vt actus & voluntas serua-
tur ad multa. Vel potest dici, quod voluntas est do-
mina sui actus, in his que sunt homini contraria:
sed perfectio charitatis maxime, quæ erit in pa-
tria est super hominem, & præcipue si consideretur
homo, secundum statum præsentis vitæ.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ aliqua actio desinit
esse delectabilis, nō solum ex parte obiecti, sed etiam
ex parte agentis, quod deficit in virtute agentis. Sic
igitur dicendum est, q̄ actualiter semper ferri in
Deum delectabile est ex parte obiecti: sed ex parte
in hac vita constituti nō potest esse talis delectatio
continua, quia contemplatio mentis humane non
est sine actione virtutis imaginatiuæ, & aliarum vir-
tutum corporalium, quas necesse est laxari ex di-
uertitate actionis, propter corporis infirmitatem,
vnde impeditur delectatio. & propter hoc dicitur
Beel. vlt. frequens meditatio carnis est afflictio.

AD OCTAVVM dicendum, quod perfectio chari-
tatis non attenditur secundum augmentū quantita-
tis: sed secundum intensiōem qualitatis. Quæ quā-
dem intensio simplicitati charitatis non repugnat.

AD NONVM dicendum, q̄ aliarum virtutum mo-
raliū obiecta sunt bona humana, quæ non excedit
vires hominis. & ideo ad omnimodā earum perfe-
ctionem pōt homo in hac vita peruenire: sed obiectū
charitatis est bonum increatum, quod virtus
hominis excedit. & ideo non est ratio similis.

AD PRIMVM vero eorum quæ in contrariū comp-
ciuntur, dicendum est, quod sine peccato mortali
aliquis esse potest in hac vita, non autem sine pecca-
to veniali: quod quidem non repugnat perfectioni
vitæ, sed perfectioni patriæ, quæ est, vt semper actu
feratur in Deum. peccatum autem veniale non tollit
habitum charitatis, sed impedit actum eius.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ Deū in hac vita nō pos-
sumus perfecte cognoscere, vt sciam⁹ de eo, quādiu
possumus tñ cognoscere de eo, quid nō sit, vt Aug. dicit.
& in hoc cōsistit perfectio cognitionis vitæ. s̄
similiter in hac vita non possumus perfecte dilige-
re Deū, vt semper actu in ipsum feramur: sed ita, q̄
numquam in contrarium eius feratur mens.

AD TERTIVM dicendum, q̄ in hac vita nō est chari-
tas pfecta, nec secundū humanā natura: sed solum secundū tēpus. Ea vero quæ sic p-
fecta sunt, habent quo crescant, vt de pueris patet. &
ideo charitas in hac vita, semper habet quo crescat.

AD QVARTVM dicendum, quod perfecta chari-
tas foras mittit timorem seruilem & inuilem, nec
tamen timorem castum, vel filialem, nec etiam timo-
rem naturalem.



ARTICVLVS XI.

Utrum omnes teneantur ad perfectam charitatem.

VNDECIMO queritur, utrum omnes teneantur ad perfectam charitatem habendam. & videtur quod sic. Ad id enim quod est in præcepto, omnes tenentur: sed perfectio charitatis est in præcepto. Dicitur enim Deuter. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde. ergo omnes tenentur ad perfectionem charitatis.

¶ 2 Præ. Hoc vñ esse de perfectione charitatis, q homo omnes actus suos referat in Deum: sed ad hoc omnes homines tenentur. Dicitur. n. i ad Corint. 10. Siue manducatis, siue bibitis vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. ergo omnes tenentur ad perfectionem charitatis. Sed dicendum q præceptum illud Apostoli ad hoc se extendit, vt omnia habitu referantur in Deum, sed non actu.

¶ 3 Sed contra, præcepta legis sunt de actibus virtutum, habitus autem non cadit sub præcepto. Non ergo præceptum Apostoli intelligitur de habituali resolutione nostrorum actuum in Deo: sed de actuali.

¶ 4 Præ. Dominus Matth. 5. præcepta veteris legis adimpleuit, secundum illud. Non veni solvere legem, sed adimplere: hæc autem adimpletio est de necessitate salutis, vt patet per illud quod subditur, nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.

Ad ea autem, quæ sunt de necessitate salutis, omnes tenentur: ergo & ad prædictam adimplerionem seruandam: sed prædicta adimpletio ad perfectionem pertinet, vnde dominus in fine concludit. Estote perfecti sicut pater vester coelestis perfectus est. ergo ad perfectionem charitatis omnes tenentur.

¶ 5 Præ. Ad consilia solum non omnes tenentur, perfectio autem vitæ æternæ, aut charitatis non attenditur secundum consilia. Datur enim consilium de paupertate: nec tamen sequitur, quod qui magis est pauper, sit perfectior. Datur etiam consilium de virginitate, & tamen multi virgines sunt alijs imperfectiores in charitate. & sic videtur, quod perfectio charitatis non consistat in consilijs. Nullus ergo excusatur a perfectione charitatis.

¶ 6 Præ. Status Episcoporum est perfectior, quam status religiosorum, alioquin non posset aliquis licite de statu religionis ad statum prælationis se transferre. vnde & Dionys. dicit in Eccle. Hierarchia, q Episcopi sunt perfectiores; Monachi autem sunt perfectius eorum virtutibus traditi, & q debent se sursum agere ad perfectiones, quas in Episcopis vident. Nec tamen Epi tenentur ad obseruandum huiusmodi consilium paupertatis, & alia huiusmodi. ergo in his non consistit perfectio charitatis.

¶ 7 Præ. Dñs Apostolis multa imposuit, q sunt de perfectione vitæ, vt q non portarent duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam, neque aliqd hmõi: sed quod iniunxit Apostolis, omnibus iniunxit, secundum illud Matth. 13. quod vobis dico, omnibus dico. ergo omnes tenentur ad perfectionem vitæ.

¶ 8 Præ. Quicumque habet charitatem, plus amat vitam æternam, quam vitam temporalem. sed quilibet homo tenetur ad actum charitatis. ergo quilibet homo tenetur ad hoc, quod vitam æternam præligat vitæ corporali: sed sicut Aug. dicit, charitas cum ad perfectionem venerit, dicit, cupio dissolui & esse cum Christo. ergo quilibet tenetur habere perfectam charitatem.

¶ 9 Præ. Aug. dicit, q perfecta charitas est, vt quis

A paratus sit, pro fratribus et mori: sed ad hoc omnes tenentur, qñ enim. 1. Io. 3. in hoc cognoscimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. ergo quilibet tenetur ad perfectionem charitatis.

¶ 10 Præ. Quilibet tenetur vitare peccatum: sed qui est sine peccato, habet fiduciam in die iudicij in hoc, quod perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij. vt dicit 1. Ioan. 4. ergo omnes tenentur ad perfectionem charitatis.

¶ 11 Præ. Phil. dicit in 8. Eth. Deo & parentibus nõ possumus reddere æquiualens, sed sufficit, vt quilibet ei reddat quod potest: sed perfectio charitatis in hoc consistit, vt aliquis faciat pro Deo, quod potest, quia nullus facit ultra posse. ergo quilibet tenetur habere perfectam charitatem.

¶ 12 Præ. Religiosi profitentur perfectionem vitæ. ergo ipsi videntur teneri ad habendam perfectionem charitatis, & ad omnia quæ ad perfectionem vitæ pertinent.

SED CONTRA est, q nullus tenetur ad id, quod nõ est in ipso: sed habere perfectam charitatem non est a nobis, sed a Deo. non ergo potest esse in præcepto.

RESPON. Dicendũ, q huius quæstionis solutio ex præmissis accipi potest. Ostensum est. n. supra q aliqua perfectio est, q ipsam speciem charitatis consequitur, vt pote, quæ consistit in remotione cuiuslibet inclinationis in contrarium charitatis. Quædam autem perfectio est, sine qua charitas esse potest, quæ pertinet ad bene esse charitatis, quæ. l. consistit in remotione occupationũ seculariũ, gbus affectus humanus retardat, ne libere progrediatur in Deũ. Est autem & quædam alia perfectio charitatis, quæ non est possibilis homini in hac vita, & quædam ad quã nulla natura creata pertingere potest. ut ex suprãdictis apparet. Manifestum est autem, q ad illud omnes teneri dicuntur, sine quo salutem consequi non possunt. Sine charitate autem nullus potest salutem æternam consequi. & ea habita ad salutem æternam peruenitur: vnde ad primam perfectionem charitatis omnes tenentur, sicut ad ipsam charitatem. Ad secundam vero perfectionem, sine qua charitas esse potest, homines nõ tenentur, cum quilibet charitas sufficiat ad salutem. Multo etiã minus tenentur ad tertiam, uel quartam perfectionem, cum nullus ad impossibile teneatur.

Circa finẽ illius com. 5.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q totalitas illa secundum quod cadit sub præcepto charitatis, pertinet ad perfectionem, sine qua charitas esse non potest.

AD SECVNDVM dicendum, q oia actu referre in Deũ nõ est possibile in hac vita, sicut nõ est possibile, q semper de Deo cogitet, hoc. n. pertinet ad perfectionem patrie: sed q oia virtute referantur in Deũ, hoc pertinet ad perfectionem charitatis, ad quam oes tenentur. Ad cuius euidentiam considerandum est, q sicut in causis efficientibus virtus primæ cause manet in omnibus causis sequentibus, ita etiã intentio principalis finis virtute manet in omnibus finibus secundarijs: unde quicunque actu intendit aliquem finem secundarium, virtute intendit finem principalem. sicut medicus dum colligit herbas actu, intendit conficere potionem, nihil fortassis de sanitate cogitans. virtualiter tñ intendit sanitatem ppter quam potionem dat. Sic igitur cum aliquis seipsum ordinat in Deum sicut in finem in omnibus, quæ p seipsum facit, manet virtute intentio ultimi finis, q Deus est. unde in omnibus mereri potest, si charitatem habeat. hoc igitur modo Apostolus precipit, quod

Circa finẽ illius com. 5.

3. feri. di. sp. art. 8. q. 2. in art. præ.

in art. præ.

de 1. p. r. de Secretis in periculis

pit, quòd omnia in Dei gloriam referantur.

AD TERTIUM dicendum, quòd aliud est habitua-
liter referre in Deum & aliud virtualiter. habitualiter enim referit in Deum, & qui nihil agit, nec aliqd actualiter intendit, vt dormiens: sed virtualiter ali-
quid referre in Deum, est agentis propter finem ordinatis in Deum. vnde habitualiter referre in Deum, non cadit sub præcepto: sed virtualiter referre omnia in Deum cadit sub præcepto charitatis, cū hoc nihil aliud sit, quàm habere Deum vltimum finem.

AD QVARTVM dicendum, quòd illud quòd dicitur: estote perfecti &c. videtur esse referendum ad dilectionem inimicorum, quæ quodammodo est de necessitate præcepti, vt supra expositum est.

Art. 8. huius
quest.

D. 706.

AD QVINTVM dicendum, quod perfectio vitæ æternæ in quibusdam quidem consistit principaliter & per se, in quibusdam autem secundario & quasi per accidens. principaliter quidem & per se consistit perfectio in his, quæ pertinent ad interiorem mentis dispositionem, & præcipue in actu charitatis, quæ est radix omnium virtutum. Secundario vero & per accidens consistit in quibusdam exterioribus, ut puta, in virginitate, paupertate, & hmoi: hæc nam ad perfectionem pertinere dñr tripliciter. Primo quidem in quantum per ea subtrahuntur homini impedimenta occupationum, quibus remotis mēs liberius fertur in Deum, vnde & Dominus cum dixisset, Matth. 11. Si vis perfectus esse, vade & vnde oīa, quæ habes & da pauperibus, consequenter adiecit, & veni, & sequere me, ut ostēderet quod paupertas ad perfectionem non pertineret, nisi in quantum disponit ad sequendum Christum. Quem quidem sequimur non passibus corporis: sed affectibus mentis. Similiter Apost. 1. ad Cor. 7. consilium dat de non nubendo, quia quæ virgo est cogitat, quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo, & eadē ratio est de alijs similibus. Secundo pertinent ad perfectionem, in quantum sunt quidam perfectæ charitatis effectus. Qui n. pfe ete diligit Deum, ab his se retrahit, quæ eū retrahere possunt, ne Deo vacet. Tertio pertinent ad perfectionem penitentiæ: quia nulla satisfactio pro peccatis adæquari pot uotis religionis, quibus homo se Deo consecrat, & animam per uotum obedientie, & corpus per uotum continentie, & res omnes per uotum paupertatis. Sic igitur in his quæ principaliter & per se ad perfectionem pertinent, sequitur quod sit maior perfectio, ubi hæc inueniuntur magis, sicut quòd perfectior est qui maioris est charitatis. In his autem quæ ex consequenti, & quasi per accidens ad perfectionem pertinent, non sequitur magis simpliciter, ubi magis inueniuntur. unde non sequitur quòd magis pauper sit magis perfectus: sed mensuranda est in talibus perfectio per comparationem ad illa, in quibus consistit perfectio simpliciter, ut scilicet ille dicatur perfectior, cuius paupertas magis sequelat hominem a terrenis occupationibus, & facit liberius Deo uacare.

AD SEXTVM dicendum, quod hæc est differentia inter amicitiam honesti & delectabilis: quia in amicitia delectabilis, amicus diligit per delectationem, in amicitia autem honesta amicus diligitur pro seipsum: sed delectatio puenit ex consequenti. Ad perfectionem igitur amicitie honesti pertinet, ut aliquis pro amicum interdum abstineat, et a delectatione, quam in eius presentia habet in eius seruitijs occupatus. Secundum igitur hanc amicitiam plus amat aliquem, qui ab eo se

F absentat propter amicum, quia presentia amici discedere non vult, etiam propter amicum sed si quis libenter, vel facilius a presentia amici diuclitur, et in alijs magis delectatur, vel nihil, vel parum comprobatur amicum diligere. hos igitur tres gradus considerare possumus in charitate. Deus autem maxime pro seipsum est diligendus. Sunt nam quidam, qui libenter, vel sine magna molestia separant a vacatione diuina cōreplationis, vt terrenis negotijs implicentur, in his vel nihil, vel modicum charitatis apparet. Quidam vero inter delectant in vacatione diuina cōreplationis, quod ea deserere nolunt, et vt diuini obsequijs cultum ad salutem proximorum. Quidam vero ad tantum culmen charitatis ascendunt, quod et diuinam cōreplationem licet in ea maxime delectentur, pratermittunt, vt Deo seruiant in salute proximorum, hæc perfectio in Paulo apparet, quod dicitur Rom. 12. Optabam ego ipse anathema. i. separatus esse a Christo pro fratribus meis. & ad Philip. 1. Desiderium habebam dissolui, & esse cum Christo, permanere autem in carne necessarium pro vobis. & hæc perfectio est proprie prælatorum & prædicatorum, & quorundamque aliorum, qui procuranda salutem aliorum inuolunt, vnde significantur per Angelos in scala Iacob ascendentes quidem per cōreplationem, descendentes vero per sollicitudinem, quam de salute proximorum gerunt. Nec derogare potest perfectioni istius prælatorum, si aliqui statu prælatorum abutuntur, querentes vacationem propter temporalia bona, quasi dulcedine cōreplationis non allecti, sicut nec in cōreplatione multorum, si dem Dei euacuat, vt dicitur Rom. 12.

H AD SEPTIMUM dicendum, quod in doctrina Evangelica quedam dicta sunt Apostolis in persona omnium fidelium, ea scilicet quæ pertinent ad necessitatem salutis, vnde & Matth. 23. dicitur. Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate &c. Nam in vigilantia intelligitur sollicitudo, quam homo debet habere, ne imparatus inueniatur a Christo. Quedam vero dicuntur Apostolis, quæ pertinent ad perfectionem mentis, & ad prælati officium, & ad hoc extendi non potest, quod vobis dico, omnibus dico. Sciendum tamen, quia quæ dicit dñs discipulis Matt. 10. nihil in via ualentibus secundum quod August. exponit in lib. de consensu Evangelistarum, non pertinent ad perfectionem mentis: sed ad potestatem dignitatem Apostolicam, per quam poterant, nihil secum ferentes, uincere de his, quæ ministrabantur ab his, quibus Evangelium prædicabant. vnde ibidem dicitur, quod dignus est operarius mercede sua vel cibo suo: vnde nec præceptum fuit, nec consilium, sed concessio. & propter hoc Paulus, qui secum necessaria deferrebat, non uentus hac concessione supererogabat, quasi proprijs stipendijs militans, vt patet 1. ad Corinth. 9.

I AD OCTAVVM dicendum, quod in homine sunt duo affectus, vnus charitatis, quo anima desiderat esse cum Christo, alius autem naturalis, quo anima refugit separari a corpore, quod adeo est homini naturalis, quod nec etiam Petrus senectus abstulit, vt Aug. dicit sup Ioan. Ex cōreplatione ergo horum duorum affectuum uellet anima coniungi Deo, quod non separaretur a corpore, secundum illud Apost. 2. ad Corinth. 5. Nolumus exsoluari sed superuestiri, vt absorbeat quod mortale est a vita: sed quia hoc est impossibile, quod diuinitas in corpore peregrinatur a deo, vt ibidem subditur, insurgit quedam contrarietas inter prædictos affectus, & quanto charitas est perfectior, tanto sententius affectus charitatis vincit affectum naturæ, & hoc ad

ad perfectionem charitatis pertinet, unde & Apof. ibidem fubdit. Audemus autem & bonam voluntate habemus magis peregrinari a corpore, & praesentes esse ad dominum. sed in his in quibus est charitas imperfecta, si tantum affectus charitatis vincat, ex repugnantia tamen naturalis affectus redditur insensibilis victoria charitatis. Quod ergo aperte & indubitanter siue audacter Apof. dicit, Cupio dissolvi & esse cum Christo, hoc perfecta charitatis est: sed quod qualitercumque licet insensibiliter praeserat anima fruitionem Dei unioni corporis, est de necessitate charitatis.

AD NONVM dicendum, quod ponere animam. i. vitam praesentem pro fratribus, quodammodo est de necessitate charitatis, quodammodo est de perfectione ipsius: plus enim homo debet diligere proximum quam corpus proprium: unde in eo casu quo aliquis tenetur procurare proximi salutem, tenetur etiam pro ipsius salute periculis corporalem vitam exponere: sed hoc perfecta charitatis est, ut etiam pro his in quibus proximo non tenetur, pro eo corporalem suam vitam periculis exponat.

AD DECIIMVM dicendum, quod licet quilibet teneatur esse sine peccato mortali, non tamen omnium est huiusmodi rei securitatem habere: sed perfectiorum qui peccata totaliter subiugauerunt.

AD VNDECIMVM dicendum, quod & parentibus & multo magis Deo tenetur homo repedere totum quod potest: tamen secundum communem modum humane vite, supra quam potest aliquis aliquid erogare, ad quod tamen ex necessitate praecipitur, non tenetur.

AD DVODECIMVM dicendum, quod perfectione charitatis nullus proficitur: sed proficitur aliquis statum perfectionis qui consistit in his quae organice ordinantur ad perfectionem charitatis, ut paupertas, ieiunia, quae tamen nec ad oia huiusmodi tenentur: sed ad illa sola, quae proficitur. unde perfectio charitatis non cadit eis sub voto: sed est eis, ut finis ad quem peruenire conantur per ea, quae volunt.

ARTICVLVS XII.

Vtrum charitas semel habita possit amitti.

DVODECIMO quaeritur, vtrum charitas semel habita possit amitti, & videtur quod non. Dicitur enim in I. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semel in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est: sed charitatem non habent nisi filij Dei: ipsa enim est quae distinguit inter filios regni, & filios perditionis, ut Augustinus dicit in 15. de Trin. ergo ille qui habet charitatem, non potest eam amittere peccando.

¶ 2. Praet. Omnis virtus quae peccando amittitur per peccatum arescit, ut Augustinus dicit super illud Ioannis. Vinctio inuisibilis charitas est, quae in quocumque fuerit, radix illi erit, quae arescere non potest, nutritur calore solis, ut non arescat. ergo charitas per peccatum amitti non potest.

¶ 3. Praet. Augustinus dicit in 8. de Trin. quod dilectio si non est vera, dilectio dicenda non est: sed sicut Augustinus dicit in epistola ad Iulianum Comitem, charitas quae deleri potest, nunquam vera fuit. ergo neque charitas fuit. Qui igitur habet charitatem, non potest eam peccando deserere.

¶ 4. Praet. Prosper dicit in li. de Cotemplatione, Charitas est recta voluntas Deo inseparabiliter iuncta, iniquationis extranea, corruptionis nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, cum qua nec potuit aliquis peccare, nec poterit. ergo charitas semel habita

per peccatum amitti non potest.

¶ 5. Praet. Gregorius dicit in quadam Hom. quod amor Dei magna operatur, si est: sed nullus magna operando amittit charitatem. ergo si charitas inest, amitti non potest.

¶ 6. Praet. Plus homo per charitatem amat Deum, quam per naturalem amorem amat seipsum: sed amor superius nunquam amittitur per peccatum. ergo nec est charitas.

¶ 7. Praet. Liberum arbitrium non inclinatur in peccatum, nisi per aliquod motiuum ad peccandum. Motiuum autem ad oia peccata est amor sui, qui ut Augustinus dicit in 14. de ciui. dei, facit ciuitatem Babylonis: sed hunc charitas excludit, quia sicut Dionysius dicit 4. cap. de diu. nomi. est extasim faciens diuinus amor, non finens sui ipsorum amantes esse. similiter etiam radix omnium malorum ponitur cupiditas, ut Apof. dicit 1. ad Tim. vlti. Sed hunc etiam charitas excludit ut Augustinus dicit in libr. 83. Quaestionum. ergo ille qui habet charitatem, non potest peccando eam amittere.

¶ 8. Praet. Quicumque habet charitatem, spiritu Dei ducitur, et illud Galat. 5. Si spiritu ducimini non estis sub lege: sed spiritu sanctus cum sit infinita virtutis, non potest in sua actione deficere. ergo videtur quod homo habens charitatem peccare non possit.

¶ 9. Praet. Contra nullum habitum, cuius esse est in operari, contingit peccare. Dicitur enim Phil. in 7. Eth. quod non peccatur contra scientiam in actu, sed contra scientiam in habitu: sed charitas semper consistit in operari. Dicitur enim Gregorius in quadam Hom. quod amor Dei nunquam est otiosus. ergo contra charitatem aliquis peccare non potest, ut sic per peccatum possit amitti.

¶ 10. Praet. Si aliquis charitatem amittit, aut amittit eam dum habet, aut dum non habet: sed dum habet, non amittit eam per peccatum, quia simul esset peccatum cum charitate. Neque etiam amittit eam cum non habet, quia quod non habet, amitti non potest. ergo charitas nullo modo potest amitti.

¶ 11. Praet. Charitas accidet est quoddam in anima. Accidens autem quatuor modis potest deficere, vno quidem modo per corruptionem subiecti: sed per hunc modum charitas deficere non potest, cum anima humana, quae est subiectum eius, sit incorruptibilis. Secundo deficit aliquod accidens per defectum causa, sicut lumen deficit ab aere per absentiam solis: sed hoc modo, charitas deficere non potest, quia causa eius est indeficiens. Tercio modo, deficit accidens aliquid deficientem obiecto, sicut paternitas deficit per mortem filij: sed nec hoc modo deficit charitas, quia eius obiectum est bonum aeternum, quod est Deus. Quarto modo, deficit aliquod accidens, per actionem contrarij agentis, sicut frigiditas aquae deficit per actionem caloris: sed nec hoc modo charitas deficere potest, cum sit fortior peccato, quod videtur in contrarium agere secundum illud Cantic. 8. Fortis est, ut mors dilectio, & iterum, Aquae multae non possunt extinguere charitatem. ergo charitas nullo modo potest deficere in habente eam.

¶ 12. Praet. Peccatum est malum quoddam rationis naturae, malum non agit nisi virtute boni, ut dicit Dionysius 4. c. de diu. nomi. Bonum autem non contrariatur bono, ut dicitur in Praedicationibus, & ita non potest ipsum corrumpere, cum unumquodque corrumpatur a suo contrario. Charitas ergo per peccatum non potest corrumpi.

¶ 13. Praet. Si charitas a peccato corrumpitur aut a peccato existente, aut a non existente: sed non a peccato existente, quia sic peccatum mortale statim esset cum charitate. Neque iterum a peccato non existente, quia non ens agere non potest. ergo charitas nullo modo potest amitti per peccatum.

¶ 14. Praet.

Homil. 30. in euang. paulo a pri.

Cap. vlti in prin. tom. 5. Part. 1. non multum ante finem.

Q. 36. non re mota a prin. cip. tom. 4.

Homil. 30. in euang. paulo a prin.

Parte 4.

¶ 14 Præt. Si charitas per peccatum amittitur, aut charitas & peccatum sunt in eodem instanti in anima, aut in alio: sed non in eodem, quia tunc simul essent: neque iterum in alio & alio, quia oporteret, quod esset tempus medium in quo homo neque peccatum, neque charitatem haberet, quod est inconueniens. Non ergo potest charitas per peccatum amitti.

1. sent. d. 17.

¶ 15 Præt. Magister dicit 3. 1. dist. 3. lib. quod perfecta charitas per peccatum amitti non potest.

¶ 16 Præt. Sicut se habet intellectus ad cognitionem veri, ita & voluntas ad amorem boni: sed intellectus cognoscendo quodcumque verum, cognoscit primam veritatem. ergo amando quodcumque bonum amat summam bonitatem: sed nunquam peccat qui amat, nisi conuertendo se per amorem ad bonum commutabile. ergo in omni peccato homo amat summam bonitatem, cuius amor est charitas. Numquam igitur charitas per peccatum amitti potest.

Aug. tract. 27. in Ioan. nem a modo illius to mo 9.

¶ 17 Præt. Sicut in genere causæ efficientis est agens vniuersale & proprium, ita & in genere causæ finalis: sed agens proprium semper agit in virtute vniuersalis agentis. ergo finis proprius semper mouet voluntatem in virtute finis ultimi: sed finis ultimus est Deus, & sic idem quod prius.

Aug. tract. 27. in Ioan. nem a modo illius to mo 9.

¶ 18 Præt. Charitas est signum, quod aliquis sit verus Christi discipulus, secundum illud Io. 13. In hoc cognoscet oēs, quia mei estis discipuli si dilectionem habueritis adinuicem: sed non est Christi verus discipulus, qui non semper est eius discipulus. Vnde Aug. exponens illud Io. 6. Multi ex discipulis eius abierunt retrorsum, dicit quod illi non fuerunt Christi veri discipuli. & dominus dicit Io. 8. Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. ergo ille qui non permanet in charitate, nunquam habuit charitatem.

Com. 26. to mo 3.

¶ 19 Præt. Omnis motus est secundum exigentiam prædominantis: sed charitas prædominatur in corde charitatem habentis, quia totum cor sibi occupat, secundum illud quod mandatur Deut. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. ergo motus omnis habentis charitatem est secundum charitatem. non ergo per peccatum amitti potest.

¶ 20 Præt. Differentiæ diuersificantes genus vel speciem non possunt conuenire eidem secundum numerum: sed corruptibile & incorruptibile diuersificant genus, ut dicitur in Io. Meta. Cum igitur charitas viæ & patriæ sit eadem numero, uidetur quod sicut charitas patriæ corrumpi non potest, ita nec charitas viæ.

¶ 21 Præt. Si charitas corrumpitur aut corrumpitur in aliquid, aut in nihil: sed non in aliquid, quia hoc est solum formarum, quod educuntur de potentia materiæ. In nihil autem corrumpi non potest, quia Deus nunquam charitatem corrumpit, qui solus potest ex aliquo facere nihil, sicut ipse solus potest facere ex nihilo aliquid. æqualis enim est utraque distantia. ergo uidetur quod charitas corrumpi non possit.

¶ 22 Præt. Illud per quod peccatum tollitur, a peccato corrumpi non potest: sed peccatum tollitur per charitatem, secundum illud 1. Pet. 3. Charitas operit multitudinem peccatorum. ergo charitas per peccatum amitti non potest.

¶ 23 Præt. Super illud Psal. 26. Dum appropriant super me nocentes, ut edant carnes meas, dicit glossa. Aug. Si auferatur donum, dator vincitur: sed Deus qui est dator charitatis, uinci non potest, ergo charitas non potest auferri per peccatum.

¶ 24 Præt. Per charitatem anima vnitur Deo, ut sponsa secundum quoddam spirituale matrimonium: sed ma-

trimonium carnale non potest separari per differentiam suueneri est matrimonio: ergo charitas non potest separari per peccatum, quo mens different ab ipso, sicut dicitur.

SED CONTRA est, quod dicitur Apoc. 2. Habes aduersus te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti.

¶ 2 Præt. Greg. dicit in Homi. In quorundam consuetudine venit Deus & mansio non facit, quia per consuetudinem respectum Dei percipiunt: sed rationem respicit ad perpetranda peccata redeunt, ac si hoc minime planxissent: sed Deus non venit in corda fidelium nisi per charitatem. ergo aliquis post habitam charitatem potest eam amittere per sequens peccatum.

¶ 3 Præt. Primi Reg. 16. dicitur de Dauid, quod dominus erat cum eo: sed postmodum peccauit factio adulterium, & homicidium. Deus autem est inuicem per charitatem. ergo post habitam charitatem aliquis potest eam amittere peccando mortaliter.

¶ 4 Præt. Charitas est vita anime, secundum illud Ioan. 3. Nos scimus quoniam translatus sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: sed vita naturalis potest amitti per mortem naturalem. ergo & vita charitatis per mortem peccati moralis.

RESP. Dicendum, quod Magister in 17. dist. lib. potest quod charitas in nobis sit Spiritus sanctus. Non potest fuit sua intentio dicere, quod ipse actus dilectionis nostræ sit Spiritus sanctus: sed quod Spiritus sanctus mouet animam nostram ad diligendum Deum & proximum, sicut etiam actus aliarum virtutum: sed actus aliarum virtutum mouet animam per quoddam habitum virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante. vnde eius opinio vera fuit quod quædam habitus virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante. vnde eius opinio vera fuit quod quædam habitus virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante.

¶ 5 Præt. Charitas est vita anime, secundum illud Ioan. 3. Nos scimus quoniam translatus sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: sed vita naturalis potest amitti per mortem naturalem. ergo & vita charitatis per mortem peccati moralis.

RESP. Dicendum, quod Magister in 17. dist. lib. potest quod charitas in nobis sit Spiritus sanctus. Non potest fuit sua intentio dicere, quod ipse actus dilectionis nostræ sit Spiritus sanctus: sed quod Spiritus sanctus mouet animam nostram ad diligendum Deum & proximum, sicut etiam actus aliarum virtutum: sed actus aliarum virtutum mouet animam per quoddam habitum virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante. vnde eius opinio vera fuit quod quædam habitus virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante.

¶ 6 Præt. Charitas est vita anime, secundum illud Ioan. 3. Nos scimus quoniam translatus sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: sed vita naturalis potest amitti per mortem naturalem. ergo & vita charitatis per mortem peccati moralis.

RESP. Dicendum, quod Magister in 17. dist. lib. potest quod charitas in nobis sit Spiritus sanctus. Non potest fuit sua intentio dicere, quod ipse actus dilectionis nostræ sit Spiritus sanctus: sed quod Spiritus sanctus mouet animam nostram ad diligendum Deum & proximum, sicut etiam actus aliarum virtutum: sed actus aliarum virtutum mouet animam per quoddam habitum virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante. vnde eius opinio vera fuit quod quædam habitus virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante.

¶ 7 Præt. Charitas est vita anime, secundum illud Ioan. 3. Nos scimus quoniam translatus sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: sed vita naturalis potest amitti per mortem naturalem. ergo & vita charitatis per mortem peccati moralis.

RESP. Dicendum, quod Magister in 17. dist. lib. potest quod charitas in nobis sit Spiritus sanctus. Non potest fuit sua intentio dicere, quod ipse actus dilectionis nostræ sit Spiritus sanctus: sed quod Spiritus sanctus mouet animam nostram ad diligendum Deum & proximum, sicut etiam actus aliarum virtutum: sed actus aliarum virtutum mouet animam per quoddam habitum virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante. vnde eius opinio vera fuit quod quædam habitus virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante.

¶ 8 Præt. Charitas est vita anime, secundum illud Ioan. 3. Nos scimus quoniam translatus sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: sed vita naturalis potest amitti per mortem naturalem. ergo & vita charitatis per mortem peccati moralis.

RESP. Dicendum, quod Magister in 17. dist. lib. potest quod charitas in nobis sit Spiritus sanctus. Non potest fuit sua intentio dicere, quod ipse actus dilectionis nostræ sit Spiritus sanctus: sed quod Spiritus sanctus mouet animam nostram ad diligendum Deum & proximum, sicut etiam actus aliarum virtutum: sed actus aliarum virtutum mouet animam per quoddam habitum virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante. vnde eius opinio vera fuit quod quædam habitus virtutum in se infusum, ad actum autem dilectionis Dei & proximi mouet absque alio habitu mediante.

potest, ut malus benefaciat: & eadem ratio est de bono fm quamcumque virtutem, quia nulla virtute aliquis male vitur. Tertia consideratio est de charitate ex parte voluntatis, in quantum ei subiecitur, ut materia forma. Vbi attendendum est, qd quando forma implet totam potentialitatem materie, non potest remanere in materia potentia ad aliam formam. vnde illam formam inamissibiliter hēt, sicut pater de materia celesti. Quādam vero forma est, quæ non replet totā potentialitatē materie, sed remanet potentia ad aliā formam. Et tunc illa forma inamissibiliter habetur ex parte materie vel subiecti, sicut patet in formis elementarium corporum. Charitas autē implet potentialitatem sui subiecti, fm qd suam subiectū reducit in actū dilectionis: & ideo in patria, ubi in actū creatura rationalis diligit Deū ex toto corde suo, & nihil aliud diligit nisi actualiter referendo in Deū, charitas inamissibiliter hēt. In statu autem viæ charitas non implet totā potentialitatem anime, qd non semper actualiter mouetur in Deum, oia in ipsū actuali intentione referens. Et ideo charitas viæ amissibiliter hēt quantum est ex parte subiecti. Quarta consideratio est de charitate ex parte subiecti, prout comparatur specialiter ad ipsā charitatem sicut potentia ad habitum. Vbi considerandum est, qd habitus virtutis inclinatur hominē ad recte agendum, fm qd per ipsam homo habet rectā estimationem de fine: quia ut dicitur in 3. Eth. qualis vnusquisque est, talis & finis vī ei. Sicut enim guttus indicat de sapore, fm qd est affectus aliqua bona, vel mala dispositione, ita id quod est conueniens homini, fm habitualem dispositionem sibi inherentem bonam, vel malam, estimatur ab eo, ut bonum: quod autem ab hoc discordat, estimatur, ut malum, & repugnans. vnde & Apost. dicit ad Cor. 2. qd animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Contingit tamen quandoq; qd id quod videtur alicui secundum inclinationem habitus, non videatur ei secundum aliqd aliud: sicut luxurioso fm inclinationem proprii habitus, vī bonum delectatio carnis, sed secundū rōnis deliberationē, uel auctoritatem scripturæ vī ei contrarium. Et ideo habēs habitum luxuriæ ex hac estimatione contra habitum quandoq; agit: & similiter habens habitum uirtutis quādoq; agit contra inclinationē proprii habitus: quia aliqd ei aliter ut secundum aliquē alium modum, pura p passionē, uel aliquā seductionē. Tunc ergo contra habitum charitatis nullus agere poterit, quia nullus potest habere aliam estimationē de fine, & obiecto charitatis, qd secundum inclinationē charitatis, hoc autē erit in patria, ubi ipsa Dei essentia videbitur, qd est ipsa essentia bonitatis. vnde sicut nunc nullus potest aliqd velle nisi sub communi rōne boni, nec bonum sub rōne boni potest nō amari: ita & tunc hoc bonum, quod est Deus, nullus poterit non amare. Et pp hoc nullus videns Deum p essentiam potest contra charitatem agere. Et inde est, qd charitas patriæ est inamissibilis. Sed nunc mens nostra non uidet ipsam essentia bonitatis diuine: sed aliqū effectum eius qui potest videri bonus & non bonus, secundum diuersas considerationes: sicut bonum spirituale aliquibus videtur non bonum, in quantum cōtrariatur delectationi carnali, in cuius concupiscentia sunt: ideo charitas viæ potest amitti per peccatum mortale.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd uerbū illud Ioan. est intelligendū fm potestatem Spiritus sancti

AD SECUNDVM dicendū, qd Aug. ibi loquitur de charitate fm potestatem ipsius charitatis: de se. n. habet sufficienter, vnde numquam arefcit: sed qd amittitur, est propter virtutem subiecti, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendū, qd vera dilectio de sua rōne ne habet qd nūquā amittatur: qui n. vere diligit hominem hoc in animo suo proponit, ut numquā dilectionem dimittat. Sed quandoque illud propositum mutatur: & sic dilectio quæ vera fuit, amittitur. Si autem hoc aliquis habuisset in proposito, ut a diligendo quandoque desisteret, vera dilectio nō fuisset. vnde patet, quod charitas inamissibilis est secundum potestatem propriam: amitti tamen potest secundum potestatem subiecti vertibilis.

AD QUARTVM dicendum, quod illa etiam auctoritas Prosperi loquitur de charitate secundum potestatem ipsius, & nō secundum potestatem subiecti.

AD QVINTVM dicendū, qd charitas dum est, hēt inclinationem ad magna operandum, & hoc vult, & proponit secundum rationem suæ virtutis: sed quādoq; ab hoc deficit ppter vertibilitatem subiecti.

AD SEXTVM dicendum, qd cum in homine sit duplex natura scilicet intellectiua qd principalior est, & sensitua quæ minor est, ille vere seipsum diligit, qui se amat ad bonum rationis: qui autem se amat ad bonum sensualitatis contra bonum rationis, magis se odit, quā amat, proprie loquendo, secundum illud Psal. 10. qui diligit iniquitatem odit animam suam. Et hoc etiam Philo. dicit in 9. Ethicorum. Et secundum hoc amor verus sui ipsius amittitur per peccatum contrarium, sicut & amor Dei.

AD SEPTIMVM dicendū, quod charitas excludit omne motium peccati secundum suum propositum, pertinet enim hoc ad rationē charitatis, ut velut non concupiscere, nec inordinate se amare: sed quandoque accidit contrarium propter vertibilitatem, & corruptionem naturæ, secundum illud Apostoli ad Romanos. 7. non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, id facio.

AD OCTAVVM dicendum, quod quando aliquis sequitur motionem Spiritus sancti, non peccat: sed quando resistit, tunc peccat.

AD NONVM dicendum, qd esse charitatis nō semper est in operari, alioquin dormientes non haberent charitatem. Dicitur autem quod amor Dei numquam est otiosus secundum charitatis propositum, quod ad hoc est, ut totū se homo det Deo.

AD X dicendū, qd amissio ita se habet ad rem habitā, sicut corruptio ad rē existentē: unde sicut corruptio incipit a rē existēte, & terminatur in eius nō esse, quia eius mutatio est de esse, in non esse: ita et amissio cum sit etiam mutatio de habere in nō habere, incipit in habere, & terminatur in nō habere. Et ideo principium amissionis charitas est quando charitas habetur: finis autem, quando non habetur.

AD XI dicendū, qd charitas aliquo modo desinit esse in aia fm illa quatuor. Subiectū. n. charitatis quāuis sit incorruptibile fm substantiā, sit tū indispositū ad hanc formā p cōtrariā dispositionē pccati. Sit quāuis causa charitatis sit incorruptibilis, tū influxio huiusmodi causæ impeditur p pccatū, quod diuidit inter nos & Deum. Et ex hac etiā rōne ex parte obiecti deficit charitas, in quātū uolūtas se auertit a bono incommutabili. Desinit et per contrariū motium ad peccandum, qd licet simpliciter loquēdo sit debilius, qd charitas, tū in casu potest esse fortius, quando scilicet

In corp. art.

Cap. 4. a meo com. 5.

Cap. 3. 10.2.

licet charitas in actu non operatur, & motiū peccati mouet, in aliquo particulari opere, sicut etiam Phil. ostendit in 7. Eth. q̄a passio potest vinci sciētia, quamuis sit fortissima, inquantū non est in actu agens, sed in habitu ligato per passionem. Et sicut scientia est fortissima in vniuersali, passio autem in particulari operabili: ita charitas est fortissima circa finem vltimum, & motiū peccati habet fortitudinem in aliquo particulari opere.

In postpr. dic. cap. de oppos. a. me. die tom. 1.

Ad xxi. dicendum q̄ Philosophus dicit q̄ bonū vnius virtutis, non cōtrariat bono alterius virtutis: & hoc intendit Philo. dicere in predicamentis & in 2. Eth. sed in naturis bonum contrariat bono vtrūque, n. contrarium est quoddam bonum nature. Bonū ergo quod mouet appetitum ad peccādum, contrariat bono diuino, quod est obiectum charitatis, inquantum in eo constituit finis. Sic. n. non est possibile esse nisi vnum finem vltimum: sicut & in regno, in quo non potest esse nisi vnus rex, contrariatur regi qui se regem facit, secundum illud Ioan. 19. omnis qui se regem facit, secundum illud Ioan. 19. omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari.

Ad xlii. dicendum, q̄ charitas nō expellit a peccō sicut ab agente, sed sicut a cōtrario. vnde ipsa superuentio peccati est expulsio charitatis, sicut aduētio lucis expulsio est tenebrarum: lux enim expellit tenebras in ipso suo fieri, sed motiū ad peccātū expellit secundum quod præexistit in apprehensione animæ.

Ad xliii. dicendum, q̄ q̄si homo in peccō mortali consistit, hoc quadam deliberatione rōnis agit: quia sine deliberato consensu non est peccātū mortale. Deliberatio autem quidam motus est tempore mensuratus, in cuius temporis vltimo instanti inest peccātū animæ. Sed ante illud vltimum instans, nō est dare proximum in quo charitas inest: quia instantia non se habent consequenter, sed tempus est continuū. Et ideo in toto tēpore precedenti quod terminatur ad vltimum instans, charitas inest animæ, in cuius vltimo instanti post inest peccatum. non ergo est dare vltimum instans, in quo charitas inest: sed vltimum temporis, ut per Phil. patet in 8. Phys.

In corp. art.

Ad xv. dicendum, q̄ si Magister intelligat de perfecta charitate, quæ est charitas patriæ, verum est q̄ inamissibilis est rationibus supradictis. Si vero intelligatur de charitate uix, quātumcumque perfecta, non est verum quod sit inamissibilis ex modo inharerētie ipsius ad subiectum: sed ex sola virtute motionis Spiritus sancti. Et sic dicuntur cōfirmati, quicumque fuerunt confirmati in statu viæ.

Ad xvi. dicendum, quod sicut in cognitione cuiuslibet veri cognoscit prima veritas, sicut primū exemplar in imagine uel ueligo: ita etiam in amore cuiuslibet boni amatur summa bonitas. Sed talis amor summæ bonitatis nō sufficit ad rationem charitatis, sed oportet quod diligatur summū bonum, prout est beatitudinis obiectum. Et per hoc etiam patet responsio ad xvi.

Trac. 45. In Ioan. a me. dio tom. 9.

Ad xviii. dicendum, q̄ sicut Aug. dicit exponens illud Io. 10. oves meæ uocem meam audiunt, & uocem alienorum non audiunt, est q̄dam uox Christi quam nullus audit, nisi sit ovis eius per prædestinationem, hæc. s. uox qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Et per hunc modum intelligit, q̄ qui non permanet in sermone Christi, nō est uere discipulus: quia per seuerare ab eo efficaciter nō didicit, potest tamen esse discipulus ad tempus quātum ad temporalem dilectionem Dei & proximi.

Ad xix. dicendum, q̄ quādiū charitas actu do-

minatur in homine, non mouet motu cōtrario sed sequitur homo motū charitatis. Et ideo summum remediū contra peccatum est, ut homo redeat ad cor suum, conuertens illud in Dei dilectione. Sed quando actu homo secundū charitatem nō mouetur, ingeritur quandoq; motus contrarius peccati.

Ad xx. dicendum, q̄ corrumpi & generari uel fieri est proprium eius quod habet esse. & hoc est aliquid res subsistēs in suo esse. Accidentia autē & formæ non subsistentes, non dicuntur entia: quia uel habeant esse, sed quia eis aliquid est. Et ideo formæ & corrupti non proprie est accidētū & forma, sed subiectorum: puta cum corpus aliquid sit album hoc est albedinem fieri, sicut aliquid corpus esse album, hoc est albedinem esse. Et eadē ratio est de corruptione. Et ideo corruptibile & incorruptibile non attribuuntur per se accidenti, sed substantiæ: vnde nihil prohibet charitatem uix, & patriæ se eadem numero, quamuis charitas uix sit amissibilis, charitas autem patriæ sit inamissibilis.

Ad xxi. dicendum, q̄ sicut iā dictum est, charitas proprie loquendo nō corrumpitur, sed subiectum desinit participare charitatē: vnde nō proprie est charitas corrumpatur, uel in aliquid, uel in nihil.

Ad xxii. dicendum, quod propter ueritatem subiecti, sicut charitas superueniens peccato delinuit ipsum: ita peccatum superueniens charitati expellit ipsam. contraria enim mutuo se expellunt.

Ad xxiii. dicendum, q̄ si donum potest per uolētiam auferri, uideret uincit donator ad quē pertinet cōseruare donū ei cui dedit: sed si ille cui dedit, uoluntarie abijcit, non p̄ hoc uir donator uincit, ad quem non pertinet cogere hominem ad uirtutem.

Ad xxiiii. dicendum, quod mulier per matrimonium amittit potestatem sui corporis, sed anima per charitatem non amittit potestatem sui actus: vnde ratio non sequitur.

ARTICVLVS XIII.

Utrū per unum actum peccati mortalis charitas amittatur.

DECIMOTERTIO quaeritur, utrum per unum actum peccati mortalis charitas amittatur. Et ut quod dicit Orig. in 1. Periarch. si aliqui societas capere quib; ex his, qui in summo perfectio; gradū perueniunt, non arbitror q̄ ad subitum quis euacuetur decidat, sed paulatim ac per partes eum decedat, necesse est, ita ut fieri possit interdū, ut si breuis quis lapsus acciderit, & cito respiciat, non perire ruere videatur. Sed ille qui charitatem amittit, peritus ruit, sicut illud Apost. 1. Cor. 13. Si charitas ceciderit, nihil sum. ergo charitas non amittitur per peccatum mortale, quod quandoque subitū est.

¶ 2 Præf. Bern. dicit in lib. De diligendo Deum, quod in Petro qui negauit Christum, non fuit charitas extincta, sed sopita: & tamen quando Christus negauit, peccauit mortaliter. ergo charitas nō amittitur per unum actum peccati mortalis.

¶ 3 Præf. Leo Papa dicit in sermone de passionibus alloquens Petrū. Vidit in te dñs non fidem uicium non dilectionē auerſam, sed cōſſāā fuisse turbatā. Abūdauit fletus, ubi nō defecit affectus, & forſetū ritatis lauit uerba fortitudinis. ergo dilectio charitatis nō desijt in Petro propter actū peccati mortalis.

¶ 4 Præf. Charitas est fortior quā uirtus acq̄ſita. uirtus acq̄ſita nō corrūpitur p̄ unū actum peccati, nec generatur. dicit. n. Philo. 2. Eth. q̄ ex cōtrario generatur uirtus & corrūpitur. ergo nūquam generatur uirtus & corrūpitur. ergo nūquam charitas amittitur per actū unius peccati mortalis.

¶ 5 Præ. Contrarium non expellitur nisi per suū cō
trarium: habitus autē charitatis non opponit actui
peccati: sed habitus non generatur per vñū actum.
ergo charitas nō amittit per vñū actum peccati.
¶ 6 Præ. Sicut fides se habet ad multa credenda, ita
charitas ad multa diligenda ex charitate: sed qui cre
dit contra vñū articulum, non propter hoc amit
tit fidem de alijs articulis. ergo qui peccat contra
vñū diligibile ex charitate, non propter hoc amit
tit charitatem circa alia diligibilia. Et sic charitas
non amittitur per vñū peccatum mortale.

SED CONTRA, est quod dicitur. 1. Ioan. 3. Qui
habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem
suum necessitatem habentē, & clauerit viscera sua
ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Et sic
videtur quod per peccatum omissionis aliquis cha
ritatem amittat: sed peccatum transgressionis non
est minus quā peccatum omissionis. ergo per
quodcumque peccatum charitas tollitur.

RESPON. Dicendum, qd absq; omni dubio per
quemlibet actum peccati mortalis habitus chari
tatis subtrahitur, non enim dicitur peccatum mor
tale, nisi quia per ipsum homo spiritualiter mori
tur. Quod esse non potest præsentē charitate, quæ est
animæ vita. Similiter etiam per peccatum mortale
fit homo dignus morte æternæ, sicut illud Rom. 6.
Suspendia peccati mors. Quicumque autem habet
charitatem, habet meritum vitæ æternæ. Dominus
enim dilectori suo promittit manifestationē suip
sius, in quo vita æterna consistit: vnde necesse est di
cere qd per quemlibet actū peccati mortalis homo
charitatem amittit: manifestum est enim, qd in quo
libet actu mortalis fit aversio ab incommutabili bo
no, cui charitas vnit, cui actus peccati mortalis op
ponitur: sed quia actus non directē contrariatur ha
bitui, sed actui, posset alicui videri quod per actum
peccati mortalis impediret quidam oppositus cha
ritatis actus, ita tamē qd nō tolleretur habitus, sicut
contingit in habitibus acquisitis: non enim aliquis
amittit habitum virtutis gratuitæ si cōtra virtutem
gratuitā agat: sed de habitibus charitatis est aliter;

habitus enim charitatis non habet causam in subie
cto, sed totaliter dependet a causā extrinseca. Cha
ritas enim infunditur in cordibus nostris per Spiritu
m sanctum qui datus est nobis, vt dicitur ad Rom. 5.
non autem sic Deus causat charitatem in anima, vt
fit causa eius solum quantum ad fieri & non quan
tum ad conseruationem ipsius, sicut edificator est
causā domus solum, quantum ad fieri, vnde eo sub
tracto adhuc remanet domus: sed Deus est causā
charitatis & gratiæ in anima, & quantum ad fieri, &
quantum ad conseruationem, sicut sol est causā lu
minis in aere. Et ideo, sicut statim cessaret lumen in
aere si interponeretur aliquod obstaculum, ita sta
tim cessat habitus charitatis in anima, quādo anima
se auertit a Deo per peccatum: & hoc est qd Aug.
dicit 8. super Gen. ad literam. Non ita Deus opera
tur hominem iustum id est iustificando eum, vt si
abscesserit, maneat in absente, quod fecit: sed potius
sicut aer præsentē lumine non factus est lucidus,
sed fit, sic homo Deo sibi præsentē illuminatur, ab
sente autem continue obtenebratur.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd verbum illud
Origenis sic posset intelligi, qd homo qd est in statu
pfecto non subito pcedit in actū peccati mortalis,
sed per aliquā negligentiam præcedentem: sed quia
ipse subdit, si aliquis breuis lapsus acciderit &c. vñ

melius dicendum, quod ipse intelligit eum pœni
tus euacuare, & decidere qui sic decidit, vt ex ma
litiā peccet, qd nō statim a principio contingit, quia
etiam vt Philosophus dicit in 5. Ethic. non est facile iusto,
vt opus iniustum operetur statim, sicut iniustus fac
cit scilicet ex electione. Amittit ergo charitatē per
vñū actum peccati mortalis: sed adhuc aliqua re
liquiā de præcedenti perfectione remanent, dum
non habet ex malitiā, quod charitatem amittit.

AD SECUNDUM dicendum, qd charitas amittitur
dupliciter. Vno modo directē. Alio modo indire
ctē. Directē quidē per actualē Dei contēptum, sicut
accidit in illis qui dicūt Deo, Recede a nobis, scien
tiam viarum tuarū nolumus, sicut dicitur Iob. 22.
Alio modo indirectē: sicut nō cogitans de Deo p
pter aliquā passionē timoris, vel cōcupiscētiā, con
sentit in aliquid quod est cōtra Dei præceptum, &
sic per consequens charitatē amittit. Intendit ergo
Ber. dicere, qd charitas nō fuit extincta in Petro per
modum primū, sed amisit eā per modum secūdū, &
hoc nominat saporem. Et similiter sunt intelligē
da verba Leonis Papæ: qd patet ex hoc qd subiūgit.
Non tardatum est remediū ablutionis, vbi nō fuit
iudiciū voluntatis: magis tñ negatio Petri fuit extor
ta ex terrore, qd ipse negauerit ex iudicio deliberatē
voluntatis. Vnde patet solutio ad tertium.

AD QUARTUM dicendum, qd virtus acquisita habet
causam in subiecto & non totaliter ab extrinseco
sicut charitas, & ideo non est similis ratio.
AD QUINTUM dicendum, qd in contrarijs potest
expelli vñū contrarium, sine hoc quod alterum
adueniat, habitus autem virtutis & vitij sunt con
traria mediata: vnde Philosophus dicit in prædica
mentis, quod inter bonum & malum est medium:
vnde non oportet, quod solum tunc amittat ho
mo habitum vnius virtutis, quando generatur in eo
habitus contrarij vitij.

AD SEXTUM dicendum, qd habitus respicit per se
formale rationē obiecti, magis quā ipsum obie
ctum materialiter. Et ideo si formalis ratio obiecti
tollatur, species habitus non manet. Formalis au
tem ratio obiecti in fide est veritas prima, per do
ctrinam Ecclesiæ manifestata, sicut formalis ratio
scientiæ est medium demonstrationis. Et ideo, sicut
aliquis memorialiter tenens conclusiones Geome
triæ, non habet Geometriæ scientiam, si nō propter
media Geometriæ eis assentiatur, sed habebit con
clusiones illas, tanquam opinatas, ita qui tenet ea
quæ sunt fidei, & non assentit eis propter auctori
tatem catholicæ doctrinæ, non habet habitum fidei.
Qui autem propter doctrinam catholicam alicui as
sentit, omnibus assentit, quæ doctrina catholica ha
bet, alioquin magis credit sibi, quā Ecclesiæ do
ctrinæ. Ex quo patet qd qui desicit in vno articulo
pertinaciter, nō habet fidem de alijs articulis, illam
dico fidem, quæ est habitus infusus: sed oportet qd
teneat ea quæ sunt fidei quasi opinata.

QVÆSTIO VNICA.

DE CORRECTIONE FRATERNA.

In duos articulos diuisa.

- ¶ Primo enim queritur, Vtrum correctio sit in
præcepto.
- ¶ Secundo, Vtrum ordo correctionis fraternæ sit
in præcepto.

Quæst. disp. S. Tho. MM ARTI-

1. Ethic. 2. 6.
& 9. tom. 5.

In postpra
dic. de Op
positis. 10. 1.

Idem 2. 2. q.
4. art. 3.